avita Stamm-Güter constitutio Equestris Ducatus Bremensis generi & agnationi addicit, ut nolit ad fœminas venire, quando ejus agnationis masculi supersunt, IX. 188. dotem tantum addicit filiabus, ibid. n. 1.
Bona vacantia competunt Fisco, eaque propria authoritate occupandi jus, nisi alius jam occupaverit, III. 102. n. 3. 4. 5.
non faciunt subditum, sed domicilium, II. 72. n. 4.
afficiuntur per personas, III. 138. n. 5.
æstimantur ex destinatione patris familias, II. 100. n. 2.
subjiciuntur jurisdictioni ejus loci, in quo quis perpetuo ea habere vult, ibid. n. 3.
non intelliguntur nisi deducto ære alieno, II. 161. n. 2.
civica non amittunt suam qualitatem, III. 181. n. 9. 13.
licet aliquandiu apud non civem fuerint, V. 182.
hæreditaria esse dicens probet, quia potius acquisita præsumuntur, IV. 4.
servitiis equestribus obnoxia, IV. 33.
quæ non vel non justo modo cataastrata, IV. 34.
ad alium transeuntia nec successoris immunitate potiuntur, nec contribuendi pristinum modum mutant, IV. 106.
allibrata transeunt cum suo onere ad quoscunque possessores quomodocunque privilegiatos, ibid. n. 4.
juxta jus commune avita & hæreditaria potius quam acquisita habentur, IV. 4. n. 2.
conjugis utrius que confusa unius patrimonii vicem habent, V. 15. n. 3.
Ecclesiastica ab oneribus patrimonialibus ordinariis & extraordinariis sunt exemta, V. 223.
omnia, quæ à vidua non illata creduntur fuisse, defuncti mariti seu domus si inventarium non confectum est, V. 360.
hæreditaria Erb-Güter quæ proprie dicuntur, VI. 235. 237. n. 1.
publicata quando à Principe alteri concedi possunt, VI. 42. n. 10.
patris filius ut dominus accepisse & habuisse, ex quibus argumentis præsumitur, VI. 320.
paganica oneribus non eximuntur, si in feudum dantur, VIII. 187. n. 2. 3. 4.
an nunquam fuerunt tributis obnoxia, an cum tributoria fuissent præscriptione dicuntur exempta, VIII. 310.

im-

immobilia quatenus à satisdatione liberant, VIII. 332. n. 4.
præsumuntur ante excussionem solvendo, VIII. 398. n. 2.
bonorum publicatio cessat hodie nisi in crimine Majestatis, I. 187. n. 8.
cessione facta & excitato concursu, eatenus distrahi expedit, II. 169.
discussio ut fiat, II. 249.
vacantium dominium ipso jure transit ad Fiscum, cum defunctus moritur, non autem possessio, III. 102. n 1. 2.
possessio non facit subditum, sed debitorem, II. 372. n. 2.
communio efficit ut conjuges invicem obligentur, III. 138 n. 1.
distractio non fiat, si debitor creditoribus secundum leges satisfacere paratus est, II. 328.
curatoris officium quod, IV. 86. n. 8.
cessio num infamat, IV. 370. n. 15.
communio quæ ex jure statutario inter parentes & liberos qualem habet effectum, IV. 392. n. 6.
publicatio quomodo fieri debet, VI. 42.
hæreditariorum petitio proximis consanguineis non alia quam exstantium competit, VI. 236.
in Bonorum separatione spectatur eorum status & conditio sub tempore mortis, VI. 362.
Bona vacantia occupandi jus civitatibus superiorem recognoscentibus non competit, III. 101. n. 7.
Bona sunt illorum quibus sunt regalia, ib. n. 3.
de Bonis adventitiis liberorum pacta à patre facta, si his damnosa tam pater quam liberi impugnare possunt, IV. 320.
de Bonis avitis seu hæreditariis jure Lubecensi testari non licet, IV. 4. n. 1.
contra Bonam fidem agit qui aliquid ultra conventa quidquam inserit Scripturæ, VIII. 343. n. 3.
Bona fides ad præscriptionem longissimi temporis non est necessaria jure civili: jure vero canonico requiritur, id quod hodie sequimur, II. 102. n. 6.
Bonæ fidei non convenit de apicibus juris disputare, II. 289. n. 13.
Bonæ & malæ fidei possessoris discrimen circa partum rustici, VII. 290. n. 8.
Bonus quilibet præsumitur donec contrarium probetur, VI. 286. n. 2.
Braxatio cerevisiæ an & quatenus nobilibus competat, II. 2.
an quotidianum usum cuilibet permissa est, I. 108. n. 1.
Braxandi jus acquiritur investitura & præscriptione, II. 3. n. 5. 6.
Bremensis Ducatus quomodo jure Saxonico utatur, II. 40. n. 3.

C.

CAlliditas cuique sua nocere debet, III. 124. n. 8.
excludit ab actione, ib. n. 6.
Calumnia non debet esse impunita, I. 41. n. 7.
Calumniæ vel malitiæ juramentum quando

do advocatis imponendum, VI.49. & 200.
juramentum non præstat qui necessario agit, VI.138.
in Camera Spirensi cœptæ causæ possunt in Tribunali peragi, II.146.
Camerales non attenta avocatione Imp. ulterius procedunt, I.249.n.3.
Cancellatio Scripturæ fidem minuit, I. 119.
ex Canone Redintegranda &c. non est nisi contra eum, qui rem detinet non qui possidere desiit actio, V. 93.
est actio hæredi de recuperanda possessione defuncto ablata, V. 289.
ex Cambio ei qui transscriptam pecuniam non recipit ab illo ad quem facta transscriptio etiam istius per hunc facta acceptatione ad transscribentem reditus est, ejusque justa ad solvendum condemnatio, nisi acceptantis fidem ille secutus sit, IX.232.
Cambium quid sit, ib.n.1.2.3.
in Cambio acceptatio sola non liberat sine subsecuta solutione, nisi ille cujus causa transscriptio facta est fidem ejus à quo nomine transscribentis solutio præstanda, secutus sit ib. n.4.
in Cambii causis appellationes facile non sunt recipiendæ nec receptæ alium quam devolutivum habent effectum, IX. 133
sine Cambiis omnia mercaturæ officia inania & destructa forent, ib. n. 3.
super Canonæ reservata conveniendi libertas excludit præscriptionem etiam immemorialis temporis, VIII. 26.
Capta fiunt capientium, II.32. n.1.
in bello sunt in præda & postliminio redeunt, ibid. n. 4.
Captivorum redemptionis magnus favor in jure civili est, VI. 21. n. 1. 23.
Carcer æquiparatur servituti, III. 161. n. 2.
mala mansio est ad quem considerate progrediendum, I.1.n.3.4.
ob causam civilem regulariter prohibitus, ib.n.8.
nisi necessarius, reo à judice remitti & in arrestum ex ratione converti potest, III. 190.
quando necessarius, III. 190. n.5.
privatus hodie plane interdictus, III. 79. n.2.
Carcer quando debitori obærato irrogandus est, VIII.589. n. 1. 2.4. 5.
Carceri inclusus sua innocentia fretus mandatis juvandus, ut aut accusatio aut inquisitio maturetur, VIII.216.
ex Carcere sub cautione dimissus reus per fidejussorem exhibendus non per judicem, VII. 295.
à Careere non est immunis fraudator, licet alias privilegiatus, VIII. 222.
Carceratus si auffugiat, quis teneatur, III. 147.
pro Carcerato relaxando mandatum sine clausula non decernitur, quamdiu carceris causa dubia, I. 1. processus tamen mandati necessarius, I. 2.
Carceratus ex criminali causa non nisi cer-

certis ex causis mandatum sine clausula impetrat, I. 1. n. 9.
Carcerati quando sub cautione dimittendi, I. 2. n. 1.
Carceratio injusta locum facit mandato sine clausula I. 52. n. 8. etiam in Magistratu vel judice vindicanda, III. 161. n. 5.
rei etiam in crimine notorio non facienda. nisi accusatore cavente, III. 109. n. 1. 2. 3.
Carcerato alimenta &c. vid. Arrestato.
Cassatio actus citationem & sententiam requirit, I. 57.
Casus post moram eveniens debitoris incommodo est, V. 45. n. 3.
fortuitus ad dominum & debitorem pertinet, I. 196. n. 5. 6.
fortuitus est quicquid miles ultra debitum vi extorquet, II. 90. n. 10.
fortuitus habetur factum Principis, III. 15. n. 3.
fortuiti instar habetur judicis injusta sententia, VI. 34. n. 2. 3.
in jure statutario omissus manet sub dispositione juris communis, VII. 139. n. 5.
de Casu nemo tenetur nisi culpa vel mora præcesserit, II. 220. n. 3. 275. n. 2. 3. 4. 5.
Catastratio quomodo fiat, IV. 34. n. 5.
inducit obligationem personalem & realem, II. 72. n. 24. VIII. 187. n. 1.
& solutio collectarum quando immunitatem perimant, V. 70.
est quasi contractus, IV. 34. n. 5.
ædium non tollit inhabitatorum privilegia, VIII. 96.
Catastra utut publica aliquando non probant, IV. 179.
Catastrationis quis effectus, VII. 96. num. 1. 2.
Catastri forma seu requisita, IV. 34. n. 3.
Caupo jussu Magistratus officiales bellicos vel hospites recipiens an impendia à Magistratu peter possit, III. 63. n. 2. 3.
diversorium habens etiam invitus peregrinos recipere tenetur. III. 63. n. 1.
Causa minor non facit præjudicium majori, I. 69. n. 2.
omnis est ordinaria nisi extraordinaria per legem facta, I. 171.
ut sit summaria est ex certo favore, I. 171. n. 9.
civilis an criminalis unde dignoscendum, I. 181.
si civiliter intentata an criminaliter fieri possit condemnatio, ib.
malave sit an bona non potest in initio statim cognosci, III. 200.
Ecclesiastica si incidat quid juris, III. 280.
Ecclesiastica non potest alium habere judicem quam Ecclesiasticum, II. 137. n. 4.
communis communiter tractanda, II. 52. n. 2.
semel decisa iterum agi nequit, II. 195.
limitata limitatum producit effectum, III. 1251. n. 1.
propria est ex quo quis lucrum sperat vel damnum metuit, IV. 285. n. 4.

cau-

Causa cessante cessat etiam jus, V. 201. n. 3.
causales semel admissæ postea rejici nequeunt, I. 51. n. 10. 11.
in causis criminalibus processus judiciarius servandus, II. 272. n. 1.
Causæ status publici non conveniunt judiciis, III. 149. n. 3.
Causæ impulsivæ & finalis differentia, IV. 172.
cognitio est necessaria in his quæ cum partis præjudicio conjuncta, II. 39. n. 6.
in omnibus negotiis est necessaria nec ante eam sententia ferri debet, II. 45. n. 45. n. 5.
cognitionis requisita & partes substantiales quæ, VIII. 386. n. 3. 4.
Cautela abundans non nocet, VII. 166. n. 2.
Cavere non tenetur qui tabernam eine Kramlade habet, VIII. 304.
non tenetur notoriè locuples, VI. 36. n. 3.
Cautio pro re, quando locum habet, I. 24.
res fragilis & labilis non parvum periculum afferens ib. n. 5.
non habet locum nisi jus petentis certum & tenentis illiquidum, ibid. n. 6. 7.
de rato in inferiori judicio post interpositam appellationem exigitur non in superiori, I. 91. n. 8.
non liberat judicem ab officii necessitate, VII. 55. n. 7.
indebitum non potest facere debitum, ib. n. 9.
de judicio sisti in usu desiit nec locum amplius habet nisi reus de fuga suspectus aut alia justa causa eam urgeat, I. 177. n. 1.
recte injungitur pendente lite & interposita appellatione securitatis causa, 344. II. n. 5.
juratoria etiam in criminalibus recipitur circa conductum si alia præstari nequit, I. 4.
juratoria locum habet ubi aliter caveri nequit, aut cautum aliter sed non idonee aut sufficienter, II. 257. n. 3. & 5.
super expensis & reconventione in prima instantia ante litis contestationem non petita, post nec in secunda instantia peti potest, I. 137.
ante litis contestationem est petenda, ib. n. 1.
judicatum solvi reo sub principiis appellationis ex ratione injungi potest, I. 177.
ubique locorum ferè & in Pomerania ex privilegiis obtinet, ib. n. 4.
quando reo imponenda, II. 29. n. 2. III. 75.
quæ sufficiens III. 76. n. 3. & 4.
non est necessaria ubi custodiæ non est locus, III. 161. n. 9.
non admittitur ubi solutio fieri debet, I. 240. n. 3. 5. II. 15. n. 3.
fidejussoribus quidem præstanda est, sed si haberi nequeunt, pignora vel depositum sufficiunt, III. 76. n. 1.
pignoribus vel fidejussoribus fiat, perinde est, II. 256.

fruſtra exigitur ubi judicium non fundatum apparet, II. 7. n. 5.
juratoria quando pignoratitiæ jungenda, II. 257.
arreſti medicina ordinaria, III. 55. n. 5.
in dubio pro re eſt, III. 46. n. 6.
debitori præſtanda antequam ſolvit ut indemnis ſervetur, ib. n. 7.
an ſit ſufficiens judicis arbitrio relinquitur, III. 55. n. 6. 76. n. 3. 5.
non ultra neceſſitatem exigenda, III. 55. n. 7.
ſufficiens admittitur, 99. n. 3.
ſemel remiſſa peti nequit, VIII. 210. n. 2.
calumniosè petita non adjungitur, ib. n. 6.
non habet locum poſt legatum ſemel præſtitum, ib. n. 5.
ſub hypotheca univerſali quando ſufficiat, III. 76.
arreſtatum liberat quidam ab arreſto, ſed non à proceſſu & judicio, III. 56.
de rato ſupplet defectum mandati exceptis illis in quibus ſpeciali mandato opus eſt, VII. 76. n. 1. 2.
pro ſolutione ab invito non accipitur, I. 240. n. 7.
in illiquidis pro retentione eſt, II. 33. n. 4. II. 239. n. 4.
ſuperflua non injungenda, III. 55. n. 4.
pluribus modis ut fiat, exigi poteſt nec una electa altera ceſſat, VII. 166. n. 3. 4. 5.
an domino pro famulo, quem conduxit, ſed ab alio, in cujus miniſterio hactenus fuit ob debita detinetur, injungi poſſit, III. 80.
in cauſa criminali quid continere debeat, III. 109. n. 3.
de rato non eſt accipienda ſimpliciter ſeu indefinitè, ſed tantum ad proximum terminum & ſub commination, VII. 371. n. 2. 3.
non recipienda niſi parte altera audita, III. 111.
recte admittitur ubi ab una parte rebus ſuis privari, ab altera in diſcrimen adduci iniquum eſt, III. 138. n. 9.
pro reconventione, niſi cauſa ejus allegata, & ipſius libellus intra terminum propoſitus ſit non irroganda actori, III. 22. conf. IV. 166.
in executivis non habet locum, III. 22. n. 2.
ad nudam exceptionem & petitionem rei actoribus non injungitur, ibid. n. 3.
data ſi deficit nova deſiderari poteſt non autem, ſi inidonea acceptata, alia peti poteſt, IV. 16.
de judicio ſiſti generalis ſine expreſſione certæ ſummæ quando ſufficit, IV. 37.
arreſtum quidem relaxat, non verò à comparatione perſonali liberat, IV. 38.
nova an & quando peti poſſit V. 8. & quid requiratur, V. 9.
etſi non neceſſaria nec petenda, tamen cum offertur recipienda & injungenda, V. 53.

alia non requirenda, ubi ex re, quæ penes alium exiſtit, cautum eſſe poſſit, V. 185.
appellantibus ex ſtatuto incumbens juratoria cum alias caveri nequit admittitur, IV. 125.
juratoria ſubſidiaria eſt & tunc locum habet cum aliter caveri poſſibile non eſt, IV. 125. n. 1.
ab appellantibus quando exigenda & in quo judicio præſtanda, IV. 364.
idonea eſt tam quæ per pignora quam quæ per fidejuſſores fit, VI. 57.
ſub hypotheca bonorum quæ in lite ſufficiens non eſt, VI. 32.
etſi ſufficiens offertur, tamen niſi cauſa cognita jus retentionis non tollit, VII. 165.
ſive chirographum in manibus debitoris exiſtens non plene probat creditum, VIII. 366.
procuratoris de rato ad ſupplendum mandatum non ſufficit, ubi tali eoque ſpeciali opus eſt, VII. 76.
juratoria ſaltem ad quandam judicii ſecuritatem refertur & ita accipienda eſt ut haberi poſſit, cum præſtet aliqua quam nulla, IX. 94. n. 2.
Cautionis loco quæ creditor habet, non tenetur in judicio deponere antequam ſibi ſatisfactũ, III. 146.
quantitatem judex determinet, III. 253.
finis eſt, ut quis reddatur ſecurus de eo qui in judicium venit, II. 256. n. 1.
fidejuſſoriæ & pignoratitiæ ex conſuetudine promiſcuus eſt uſus, II. 256. n. 5.
promiſſio quando admittit pignora, VI. 57.
ſuper Cautionis formula litem judex præſcripto ſuo finit, IV. 165.
Cautionem pignoratitiam offerens, qui fidejuſſoribus cavere tenetur, an audiendus, V. 374.
quam quis ſemel approbavit poſtea non poteſt rejicere, II. 210.
judicatum ſolvi in prima inſtantia qui præſtitit, non tenetur poſt ob appellationem denuo cavere, III. 396.
nemo accipere tenetur ubi certum adeſt periculum, VII. 398. n. 5. 6. 7. 8.
ob Cautionem an & quando quis rem detentam dimittere teneatur, I. 24. & 32.
ſolam, quam petitor offert, non durior fiat alterius conditio, II. 214. n. 8.
Cautionem hæres à legatario ob fidei commiſſum ab eo datum exigere nequit, VII. 336.
Cautione alia non indiget proviſionalis adjudicatio, ſi condemnato alias ſatis cautum eſt, VII. 297.
præſtita quando rei dimittendi, III. 97.
ſuperflua vel non neceſſaria nemo onerandus, II. 26. III. 55. n. 4. 7. V. 8. n. 4. 44. n. 6. 212. n. 5.
à Cautione an relevent bona quæ ſunt apud adverſarium, IV. 303.
de Cautione ejusque idoneitate judex nonniſi auditis partibus ſtatuere debet, VI. 124. n. 2.
ſuper Cautione admittenda quomodo cautus judex eſſe debet, VI. 124.

circà

circa Cautiones ut se gerat judex, II. 257. n. 6.
Cautioni juratoriæ non est locus ubi aliter cautum esse potest, IX. 42.
locus non est sed solutioni cum debitum est liquidum, ib. n. 1.
in Cautionibus prætoriis & nominatim pro evictione non est necessarium fidejussores dare si aliter satis cautum esse potest, VIII. 353.
ad Cautionem de non offendendo quando Dominus servo tenetur, IV. 19.
à Cautione non liberat sola bonorum immobilium possessio sed facta illorum oppignoratio, VIII. 332. n. 4.
idonee Cavet qui pignus sufficiens offert, II. 256. n. 3.
Cautum satis est si idoneus est à quo servari possit id quod ex litis æstimatione subeundum, III. 6. n. 7.
Caventem de rato sed ante ad finem litis se non legitimantem procuratorem coërcere, tamen & ipsius causa necessarium quam justum, VII. 37.
Cedendarum actionum beneficium quãdo fidejussoribus contra confidejussores competit, VI. 125.
Cedens nomen verum præstare tenetur, VI. 272. n 6. IX. 184. pr.
Cedere litem cœptam alteri nisi à quo antea actio cessa est, non licet, IV. 350.
Cedenti quæ opponi potest exceptio obstat etiam cessionario, IV. 259. n. 4. 325. n. 8.
Cedere jussus possessione scire debet jus illius cui cedere debet, I. 246. n. 7.
Cedens actionem accepta pecunia, ad præstanda non præstans non modo pecuniam, sed etiam quod interest, reddere debet, III. 207.
cum Cessionario in solutum datione satisfieri potest ex pacto de præstanda bonitate nominis non tenetur, nisi aliud conventum sit, IX. 185.
non tenetur nisi in subsidium si debitor cessus solvendo non sit, ib. n. 3.
in solutum ex nomine alieno & quidem sorte & usuris certam pecuniæ summam cum evictionis promissione cessionario resarcire tenetur, quod per constitutionem Imperii ex usuris minus solvendum est, IX. 192.
Cedentem cum alterius incommodo lucrari & à cessionario accipere quod ipse à debitore exigere non potuisset, valdè iniquum est, ib. n. 3.
Cedentis beneficia transeunt in cessionarium ubi non tam hic quam ille post cessionem istis fruitur, VII. 5.
Cedi ne sibi curet nomina an quis prohiberi possit, III. 239.
Celatæ veritatis improbitas unde oritur, VI. 146. n. 11.
Celatio eorum quæ in oculos incurrunt vel quæ sciuntur non est dolus vel mendacium, VI. 146. n. 10.
Census annui quando peti non possunt, IV. 402.
etiam à novo possessore peti possunt, nisi exigenti mora vel culpa imputari possit, V. 403.

quid sit? IX. 85. n. 1.
debitor personaliter obligatur, sed propter rem & ex re, nec aliter quam ratione rei convenitur, si nihil inde suppetit minime de suo obligatus est, IX. 84. n. 5.
frumentarius **Pacht oder Kornhebung**/ ex agris incultis, cum per temporis injuriam coli non possunt, non debetur, IX. 84.
per partes agrorum divisus pro singulis debitis præstatur non pro omnium ut universi sed singulorum conditioni ideo tantum pro frugiferis, IX. 85.
Certioratus ultra certiorari non debet, VI. 121. n. 5. VII. 186. n. 3.
Certioratio beneficii mulieri ab alio, quam notario facta sufficit, VII. 231.
Certo loco præstare obnoxius non liberatur ab eo quod interest, cum creditor alium præstandi locum debitoris gratia ex necessitate recepit, V. 44.
Ceremoniæ Ecclesiarum ab Episcopo quidem, non tamen nisi ex Assensu Cleri & Magistratus Politici mutandæ, VIII. 110.
Cessante ratione prohibitionis ipsa prohibitio cessat, I. 149. n. 22.
Cessio sola non liberat, nec pro solutione habetur, VII. 46. n. 8.
juris vel rei, lite desuper pendente, quatenus fieri possit, IV. 93.
coram libro publ. **die Verlassung**/ quando propter interventionem aliorum suspendenda, IV. 276.
nominis quando licita, IV. 323.
præsumitur ex possessione chirographi, I. 160. n. 3.
nominis ex sua origine & jure primi cedentis censenda est, IV. 326.
bonorum debitori dominium rerum aufert & in creditores transfert, VI. 127. n. 2. VI. 241. n. 1. V. 314. n. 3.
jus quæsitum auffert, ib. n. 3. 10.
par omnium creditorum jus facit, ibid. n. 7.
certi debiti, licet in potentiorem valet, III. 51.
est quædam venditio, III. 207.
debiti in potentiorem non punitur, nisi exactio sequatur, III. 52.
in Rectorem provinciæ facta in potentiorem facta censetur, II. 175.
eam conditionem annexam habet, si debitum exigi possit à debitore cujus nomen cessum fuit, ubi spectatur eventus exactionis, I. 182. n. 5.
pro minori pretio differt ab ea quæ in potentiorem fit, III. 49. n. 1. 2.
bonorum non infamat, famam tamen fugillat, I. 112. n. 8. IV. 370. n. 15.
bonorum qua debitores voluntarius actus est, ibid. n. 5.
non tantum rei sed & actionis litigiosæ in jure prohibita est, VI. 17. n. 1.
processus executivi & jurium post rem judicatam prohibita non est, VI. 17. n. 4. 5.
majoris summæ quando pro minore valet, VI. 228.
debiti alteri facta non suspēdit adjudicationem, VI. 351.

destinata quando habetur pro perfecta, VI. 361.
nominis in alium facta opposita quando agentem excludit, VI. 363.
nominis sine causa fieri non debet, IV. 323. n. 9.
liberat debitorem ab actione, VII. 245. n. 1.
nuda chartacea non transfert dominium, nec possessionem, VIII. 153. n. 13.
actionis transfert jus cedentis in cessionarium ut perinde atque ipse autor utiliter experiri possit, VII. 24. n. 2.
sine fraude alterius facta licita est, ibid. n. 2.
in incorporalibus idem valet quod traditio in corporalibus, VIII. 440. n. 1.
species mandati est & vel expresse vel tacitè contrahitur, VIII. 440. num. 5. 6.
unde colligitur, ib. n. 9.
nuda utut omnis juris etiam nominatim cum facultate apprehendendi possessionem eam non transfert, VIII. 451. n. 1. 2. 3.
alterius cessionarii non sufficit ut ex jure alterius agere liceat, sed primi cedentis produci debet, VIII. 81. n. 2. 3. 4. 5.
licet à Principe facta non transfert possessionem nisi quam ille habet vacuam, VIII. 451. n. 5. 6 7. 8.
quæ ad vexationem debitoris tendit nihil aliud est quam litium redemptio, IX. 53. n. 3.
hæc in multas juris regulas impingit, ib. n. 5. 6. 7. 8.
Cessionis in potentiorem exceptio est peremptoria, II. 147. n. 4. III. 49.
pœna non est nisi fraudulentæ & damnosæ, III. 50.
pœna adhuc obtinet, II. 174.
pœna Fisco applicatur, ib. n. 7.
vitiosæ exceptio an etiam post litem contestatam opponi possit, IV. 324.
instrumentum non valet nisi causam cessionis specificè contineat, IV. 372.
factæ exceptio in casibus ubi cedenti non licet amplius agere quomodo admittitur, VI. 364.
necessariæ defectum supplet cautio ubi illa obtineri nequit, VII. 99. n. 2.
ad Cessionem bonorum nemo cogi potest, II. 328.
in ipsa executione provocari potest, II. 328. n. 10.
ex Cessione confidejussoris etsi ipsimet non facta petenti fidejussor rectè negat, quod iste cedens pro sua portione debuit, III. 234.
sine Cessione fidejussor solvens contra confidejussorem ad partem virilem habet actionem, VI. 387.
Cessiones actionum regulariter licitæ, III. 239. n. 3.
Cessionarius tanquam procurator in rem suam creditoris jure & vice potitus hujus personam repræsentat, VI. 16. n. 2. VI. 260. n. 6.
utitur jure cedentis, & illi obstat, quod huic

huic III. 234. n. 9. VII. 181. n. 3. 4. 5. conf. IIV. 151. n. 4. & 325. n. 8.
post perfectam cessionem non sustinet periculum, I. 182. n. 6.
reservans salvam actionem donec accipitur efficit ut nisi nomen exigibile sit non fiat liberatio, ibid. n. 7.
si in exigendo debito negligens est & petere cessat culpam negligentiæ præstat, IX. 192. n. 6.
non jurat sed cedens, ib. n. 7.
laudare potest suum autorem, VII. 181. n. 5. 6.
tenetur respondere ad ea, quæ ex persona cedentis objiciuntur, VII. 181.
non minus quam cedens fruitur jure hypothecæ in fundo cum domini consensu constitutæ etsi in cessionem dominus non consenserit, VII. 311.
contra Cessionarium quando valet compensatio quæ cedenti opponi potest, IV. 140.
Cessionario perinde ut cedenti creditori executivi processus facultas est, VI. 16.
in Cesso pretio domus cedens cum promittit creditori se ex illo quod post anteriores creditores supereſt satisfacturum aut quod deest suppleturum non bonitatem sed veritatem debiti pollicetur, IX. 184.
Cessus debitor solvendo habetur si in ipsius bonis est quod æs alienum superat, IX. 185. n. 3.
Cerevisiæ braxatio nobilibus an conveniat, II. 2.
Chirographi possessio sola non est sufficiens non factæ delegationis vel non secutæ liberationis argumentum, II. 242.
existentia apud creditorem argumentum est non soluti crediti modo non sit cancellatum, II. 91. n. 4.
condictio debitori non tantum, cum creditori suo solvit, contra creditorem competit, sed etiamsi creditoris creditori solutio facta est, VI. 194. n. 8.
alieni possessio, si non oritur ex necessitate juris aut voluntate debitoris, non sufficit ad legitimationem, VII. 126.
existentia facit præsumptionem crediti, II. 242. n. 1.
debitorem an probet liberatam, II. 242. VII. 284.
ex possessione contra debitorem probatur mandatum exigendi, II. 207. n. 4.
Chirographo ascripta solutionis mentio solutionem probat, V. 399.
apud debitorem reperto debitum est illiquidum, V. 167.
Chirographum alterius qui amisit non potest statim condemnari ad solvendum, quod chirographo continebatur debitum, IV. III.
post solutionem à quocunque repeti potest & quidem à creditore condictione sine causa, ab alio possessore ad exhibendum actione vel fidejussione, II. 186. n. 1. 2.
recipere debitoris interest ideoque juste

juſte ab eo exigitur ſi totum debitum ſolvat, VI. 119. & 194. n. 1. 2. 7. limit. 194. n. 3. & 4.
retinere potius quam è manibus ante receptum debitum reddere & repetere, III. 146. n. 3.
antequam Chirographum reddatur vel caſſum fiat debitor ſolvere non tenetur, VI. 118. n. 4.
in Chirographo conſiſtit vis obligationis & jus creditoris, V. 167. n. 5.
appellatione Chirographi non ſolum tabulæ ſed jus quod illis probatur continetur, V. 167. n. 5.
Chirographi redditionem à debitore factam eſſe probatur per conjecturas veroſimiles, VII. 284.
exiſtentia devolvit in creditorem probationem, ib. n. 5.
Citans non ſubditum ex alieno territorio, ſine literis mutui compaſſus jurisdictionem ejus violat, IV. 256. n. 3.
Circumſtantia minima variat jus, IV. 43. n. 17.
Citare ad audiendam ſententiam judicis partes ſunt, IV. 105. n. 6.
ut perſonaliter compareat, regulariter in civilibus non licet, IV. 89. n. 5.
Citari debet ad quemcunque actum cujus intereſt, vel qui ex actu lædi poteſt, I. 30. n. 1. 2. 89. n. 2. 176. n. 3. IX. 101. n. 1.
poteſt ſubditus item Vaſallus in alieno territorio domicilium habens, immediate, ſine literis requiſitoriis, II. 325.
Citatus à judice incompetente comparere tenetur, I. 131. n. 2.
non tenetur reſpondere ad illa, de quibus non agitur, I. 78. n. 4.
ſalvo conductui fidere non tenetur durante inimicitia, III. 153. n. 3.
qui dicit ſe venire nolle ſine dubio contumax eſt, VI. 64.
etiam cum comparendi neceſſitas non incumbit cauſas cur non veniat vel pareat exponere debet, VIII. 289. n. 4,
contra Citatum tantum ad domum cujus alias copia poteſt haberi in contumaciam non proceditur, VII. 275.
de Citandis ad cauſam aliis exceptio quomodo & quando locum cum effectu habet, VIII. 320. n. 1. 2. 3.
Citari ad actum & audiri debent omnes quorum aliqua ratione intereſt, IV. 145. n. 7.
non debet qui præſens eſt, IV. 282. n. 5. V. 60. n. 6. 41. n. 5.
Citatio edictalis eſt ſubſidiaria non uſurpanda niſi in caſu neceſſitatis, I. 253. n. 1.
ordinarius ſub jurisdictione aliena exiſtentes citandi modus, ib. n. 2.
edictalis non decernenda contra diſcedentem, niſi ſimul vagabundum aut latitantem, I. 253. n. 3.
in dorſo ſecuritatem ſecum fert, I. 3. 9.
exceptionem loci non tuti admittit, ib.
primum cauſæ cognitionis eſt, I. 132. n. 3.
una peremptoria ſufficit ubi lex vel con-

consuetudo plures non requirit, I. 256.
omitti potest ubi periculum in mora, II. 237. n. 4.
omitti potest ubi judex videt alterius parum aut nihil interesse, I. 176. n. 1.
quæ semel fit singularem providentiam requirit, II. 323. n. 13.
sine causa fieri non debet, I. 176. n. 2.
in feriis non stringit, sed nulla est, ideo citatus comparere non tenetur, II. 276. n. 2.
extranei sine literis subsidialibus invalida & quomodo post eam pronunciandum, III. 305.
est nulla vel non arctat, si terminus nimis brevis, III. 341. n. 7.
sine certa causa fieri non debet, I. 176. n. 2.
operatur præventionem nisi circumducta, II. 67. vel nisi judex sit incompetens, II. 68.
invalida nullum producit effectum, III. 81. n. 1.
ut rite fiat, III. 81.
ad domum subsidiaria est & locum habet ubi citandi alias copia non est vel nescitur ubi commoratur, ib. n. 7. 8. 9. VI. 276. n. 2. 3. 4. 5.
ad quamcunque domum fiat nihil interest, ibid. n. 3. 4.
à Magistratu loci facta non stringit nec præventionem inducit, V. 124.
ultra causam quam exprimit non arctat, IV. 281. n. 1.
supervacua est, ubi alia ratione scitur & injungitur quod opus est, IV. 153. n. 7.
ad reassumendam litem decernitur, quando petitur, IV. 243.
ad personalem comparitionem quando & quomodo necessitatem imponit, VI. 18.
per programma, ut quibus in re jus est ut maturè proferant & prosequantur, præjudicat creditori non venienti, post in persecutione pignoris, IV. 281.
ad causam, si de ejus executione dubitatur, iteranda, IV. 294.
quando non est necessaria, VIII. 259. n. 4.
plurium hæredum vel consortum quomodo fiat, IV. 337.
edictalis, licet non infamet opinionem tamen ejus sugillat, IV. 361.
ubi non rite facta dicitur quid faciendum, V. 60.
incompetentis judicis immediate, non in subsidium juris à Magistratu loci facta, non stringit, nec præventionem inducit, V. 124.
ad reassumendam litem quando requiratur, V. 288.
ubi insinuanda, V. 321.
continere debet nomina eorum qui in jus vocantur, I. 256. n. 1.
cautio non speciatim aliquem exprimens comparere non tenetur, ibid. n. 2.
nulla convalidatur per comparitionem, II. 48. n. 8.
circumducta non facit litem pendentem, II. 67. n. 3.
circumducitur utriusque contumacia

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757186173/phys_0062
DFG

vel ejus qui eam impetravit, ibid.n. 4.5.
per circumductionem annullatur ipso jure, I. 67. n.7.8.9.
judicis incompetentis nullum habet effectum, II.68.n.4.
personalis multum incommodi habet, IV.89.n.5.
supervacua est ubi alia ratione scitur & jungitur quo opus est, IV.153. n.7.
in civilibus causis regulariter non fit ad personalem comparitionem, VI. 18. nec necessaria nec justa est, VI. 19.
vitio aliquo laborans ut invalida non obligat, VI.19.n.3.
unica in actu gravioris præjudicii ad faciem fieri debet, VII.275.n.6.7.8.
prior renovatur, quando exceptiones eidem oppositæ rejiciuntur, VII. 362. n.1.3.
vel mandatum super dubio pacto, juxta literam exprimi & declarari, de alio sensu controversia ad discussionem ulteriorem seponi debet, VIII.46.
edictalis permittenda est ob difficultatem aliter citandi, VIII. 351. n.4.5. 6.7.
edictalis ob difficultatem executionis alterius cujusque non decernitur, sed de ista removenda judex sollicitus esse debet, VIII.415.
eorum contra quos testes producuntur & examinari debent, ita necessaria est, ut omissa examen vitiet, IX. 95. pr.
Citationis moderamen arbitrio judicis submittitur, I.256.n.1.
ad domum factæ scientia obligat ad comparendum etsi ibidem fieri non debuit, III. 81. n.5.
executio ad literas mutui compassus & relatio quomodo fiat, IV.328.
ad domum fieri debet, III. 143. n.2.
recte fieri debet & probari, IV.294.
si de ea non appareat reiteranda est citatio, IV.294.
executio in territorio alterius contra huic subjectum sine jurisdictionis præjudicio admitti nequit, VII. 390.
executio nisi apud singulos hæredes facta non sufficit, VIII. 407.
causa donec citato communicata cessat comparendi necessitas in civilibus, VI.21. secus in criminalibus, ib. n.1.
contra Citationis executionem in alieno territorio remedia quædam tuendi jurisdictionem, VII.391.
ex Citationis ad audiendam sententiam defectu nullitas quatenus attendenda, VI.352.
Citationum numerus arbitrarius est judici, IV.223.n.3.
à Citatione quando appellari possit, III. 153 n.1.2.3.6. IV.89.
licet præjudicium contineat, appellari non potest, si gravamen per exceptionem tolli possit, V.122.
Civilis causa est cum agitur ad pœnam parti applicandam, I.181. n.3.
Civis Germaniæ extra Germaniam ad

extera judicia non potest evocari, I. 125. n. 7.
foro renunciare potest etiam privilegiato, II. 4. n. 9.
contra statuta aliquid impetrans & usurpans perjurus est, II. 317. n. 2.
privilegiarius civium juribus fruitur, licet oneribus non sit subjectus, III. 156.
Civis debitoris interdum potior ratio haberi potest quam peregrini, VIII. 314.
non habet facultatem paciscendi super iis quæ ad civitatem pertinent, VII. 352. n. 3. 5. 6.
& civitatis subditus quomodo differunt, II. 49. n. 2.
& incola quomodo differunt, II. 158. n. 2.
censeri amplius nequit qui perpetua consuetudine semel à civitate separavit, VII. 188.
Cives in causis suis suæ civitatis juribus utuntur, donec causæ exemptio doceatur, II. 99.
singuli ut ex civitatis contractu obligentur quæ requirantur, I. 202.
privilegiarii fruuntur civium juribus ex privilegio, III. 156. n. 4. etiam in retractu, V. 269.
qui vulgari nomine dicuntur, III. 165. n. 1.
sunt ex civibus nati, qui civium jure fruuntur quamdiu alibi domicilium non constituerunt, VII. 188. n. 3.
facit origo ib. n. 2.
non fiunt qui in civitatem veniunt ut civibus ex pacto serviant, VII. 365. n. 3.
à judicio contra Magistratum quando excludendi, VI. 79.
pro Cive facilius datur actio quam pro extraneo, II. 304. n. 2.
Civium aliquorum facta non præjudicant civitatis privilegio & reliquis civibus, IV. 68.
filii sequuntur forum patris quamdiu domicilium non alibi contraxerunt, III. 71. n. 1. 2.
unus ad se trahere non debet quod est alterius, II. 2. n. 8.
ordo ad summam Reipubl. in civitatibus pertinet, VII. 149. n. 1.
semel constitutus & receptus exactè observandus, ib. n. 2.
cuilibet jus est ordinem in quem semel collocatus est defendendi, ib. n. 4.
querelis contra magistratum civitatis judex superior quando & quomodo aures præbere debet, VI. 70.
conventicula privata prohibita sunt, VI. 80. n. 5.
circa Civium ordines considerandum quod recentius consuetum, VII. 150.
Civibus, si cum magistratu litigent, non minus quam magistratui sumptus ex publico præbendi, V. 341.
concessa beneficia competunt etiam iis qui pro civibus habentur, III. 156. n. 5.
servanda est prærogativæ semel servatæ consuetudo, VII. 150. n. 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757186173/phys_0064
DFG

à Civibus comparata bona an civitatis jurisdictioni subjiciantur, V. 183.
Civitas pro cive appellare potest ob interesse, I. 61.
ut obligetur, I. 202. III. 228.
quomodo executive contra eam proceditur, I. 202. n. 1.
quatenus consentiat, ib. n. 3.
non tantum per Syndicum, sed etiam per procuratorem in judicio admittenda, II. 35.
an possit agere ob civem oppignoratum, II. 304.
per quos obligari potest, VIII. 162. n. 3. 4. 5.
quod debet non debent singuli cives, II. 312.
quatenus singulos obliget, ib. n. 3.
jurisdictione prædita fundatam adversus omnes in ea degentes habet intentionem, nisi exemptionem doceant, III. 155. n. 4.
ex contractu suorum deputatorum ut obligetur, III. 162.
ex contractu suorum Magistratuum & Administratorum ut obligetur, III. 228. V. 384. & 387.
quando administratorum contractum servare non tenetur, VI. 60.
non obligatur ex depositò, V. 383. nisi utilitatem inde percepisse probetur, V. 386.
Civitas ut status provincialis non obligatur constatuum conclusis, nisi ad comitia & eorum causa vocata, IV. 201.
Civitatis jus præstito juramento assumere recusans captis pignoribus non inique coërcetur, IV. 85. & 196.
Syndicus vel Procurator à solo senatu constituitur, II. 36.
jus singulare ad solos cives non rusticos pertinet, II. 49.
administrator obligatur etiamsi civitas ex ipsius facto non sit obstricta, iisque protestatus fuerit se nolle teneri, II. 312. n. 5.
mutatio cuilibet libera est & pro ea ex urbe discessus, V. 241. n. 1. 2.
jus quomodo per mores Pomeraniæ acquiritur, VII. 188. n. 3.
jus tribuens privilegium tribuit commoda civium non imponit onera, V. 269. n. 5.
causam publicam quando civibus singulis agere licet, VI. 80.
ad Civitatis jus origo sola adeoque ad retractandum non sufficit, quando alibi quis domicilium constituit, VII. 188.
jus more solito recipiendum inique cogitur singulari concessione ad incolatum admissus, IV. 85.
ob Civitatis debitum an adversus civitatis bona executivè possit procedi, II. 312.
Civitati concessum privilegium de immobilibus emendis quomodo intelligendum, V. 183.
restitutio in integrum conceditur etiam post lapsum termini statutarii, VI. 414.
non est jus pignoris ob tributa realia in alia bona forensium quam quæ

sunt allibrata nec detentio debiti nisi per compensationem, VII.367.

Civitatem qui relinquere mavult, quam ejus jus assumere, interim, dum in ea moratur, juramento se ei obstringere tenetur, V.241.

ut sigillum obliget quæ requiruntur, V.385. n.3.

contra Civitatem ex contractu urbani Magistratus executivè non proceditur, III.288.

cum Civitate contrahens caute agat, I. 202.n.5.III.228.

contrahit & oneribus se bonorum suorum ratione subjicit qui bona civitati subdita emit, II.372.n.2.

Civitates superiorem recognoscentes regulariter non habent jus Fisci, V. 38.

habent personale privilegium non tacitam hypothecam in bonis suorum debitorum, II. 161. n.4.5.

prælationem inter creditores habent, V.333.

Germaniæ pleræque ultra privatam sortem sunt evectæ, III. 101. n.8.

in bona vacantia sibi jus arrogantes, hoc sibi competere doceant, I. 101. n.13.

habent beneficium competentiæ, VIII.163. n.4.5.

in bona vacantia jus hodie per privilegia acquirere possunt, III.101.n.9.

ex frequentia opificum florent, I. 56. n.7.

ut per procuratores vel Syndicos jurent nulla necessitas urget, III. 54. n. 5. 6.

municipales privatorum loco sunt, II. 305. n. 4.

in jure prohibendi braxationem cerevisiæ contra nobiles fundatam habent intentionem, II. 3. n. 1. modus autem prohibendi differt, ibid. n. 2.

sub Imperii Principibus an aliquid jurisdictionis Ecclesiasticæ habeant, II. 305.

inferiores privatorum loco sunt & regalia non habent, VII.158. n.3.4. limit. n. 5.

vectigalium juris quomodo capaces ibid.n.13.14.

plures conjunctæ quando ut universitas contraxisse censentur, VI.110.

Civitatibus earumque incremento favere decet, II. n.10.

jure communi liberum per quos jurare velint, II.54.n.1.2. VII.388.

quomodo in causa pacis publicæ jurant, ibidem n.7.

quæ juris Lubecensis usum acceperunt jus tacitæ hypothecæ cum privilegio habent, VIII.367.n.4.

in Civitatibus an superior Magistratus edicta affigere vel publicare possit, III.306.

unde Civitates plures, quæ membra sunt unius corporis & instar universitatis se ut singulos obligasse teneri probetur, VIII.161.

Civitatum Vandalicarum arctior est societas, quam opificum collegia strictius colunt, VII.84.n.3.

ex Civitatum plurium velut unius corporis

ris contractu non tenentur singulæ, VI. 111.
Civilia commoda quærentes onera etiam istorum sustineant, III. 158. n. 4.
Civilibus commodis qui non fruuntur nec oneribus civilibus sunt gravandi, VII. 143. n. 12.
Clam quando quid factum dicatur, VII. 170. n. 3. 4. 5.
Clandestina præsumptionem injustitiæ pro se habent, VII. 170. n. 1.
non proficiuut in possessoriis retinendæ, ibid.
non sunt quæ palam fiunt, ib. n. 2. 3. 4. 5.
Clandestinitas non est vitium permanens sed purgatur, VIII. 39. n. 2.
Clausula remota appellatione, non semper appellationem excludit, II. 194. n. 2. 3. 4.
derogatoria generalis efficit præsumptionem memoriæ prioris & voluntatis hoc tollendi, II. 182. n. 3.
remota appellatione judici superiori relinquit facultatem appellationem recipiendi pluribus ex causis, II. 194. n. 8. 9. 10. 11. 12.
si ut narratur res se habet inest omni rescripto nec infert parendi necessitatem sed tribuit instructionem ad procedendum, VII. 1. 9.
Clausulæ contractibus adjectæ ultra materiam cui adjiciuntur non extendendæ, VIII. 218. n. 3.
contractibus adjectæ ex consuetudine appositæ intelliguntur, VI. 113. n. 2.
in instrumentis positæ non tam attendendæ, quam verba quibus obligatio contracta, III. 5.
inepte applicari solent, ibid. n. 4.
non vitiant sed vitiantur, ib. n. 6.
Clericus exul non gaudet exceptione fori nisi in causa ecclesiastica, II. 137.
in Criminalibus quando forum seculare sortiatur, II. 138.
Clerici si pro testibus adhibentur, non sunt immunes à juramento, nisi à partibus illud remittatur, IV. 265.
non debent interesse judiciis secularibus, II. 134.
an à politicis executionibus exempti & legibus politicis obnoxii, VI. 260.
non possunt ab alio Magistratu quam Ecclesiastico examinari, VIII. 274. n. 1. lim. n. 2.
Cleri cura & custodia ejusdem consistoriis concredita est, VI. 9. n. 5.
Clericorum examen Tribunal Regium iis quibus cæterorum examen demandatur, committere potest, VIII. 274. n. 5. 8.
de Cloaca & aquæductu appellatur cum non de his ut talibus sed contractu circa ea quæstio est, VII. 294.
Cloacæ servitutis debitor per suum fundum egestionem excrementorum non debet, nisi id ita constitutum, & inde hoc censendum, III. 36.
Cloacam habere & jus per fundum exportandi excrementa differunt, ibid. n. 2.
ad sacram Cœnam non sunt admittendi qui gravibus indiciis urgentur aut immundi sunt licet nondum convicti

victi vel confessi, VII. 88. n 2. 3. 5 6.
Cognitio causæ non est necessaria ubi nulla competit defensio, II. 213. n. 6.
Cohæres cæterorum cohæredum procuratorem se gerens juste convenitur & condemnatur, III. 99.
possessor hæreditatis petitionem hæreditatis aut inventarii exhibitionem declinare non potest quod debitum prætendat, II. 19.
non communicat cohæredi quod ex injuria judicis lucratur, VI. 43.
Cohæredis solutio ex cohæredum mandato facta delegationis argumentum sufficiens non est, VI. 3.
Cohæredem refractarium coercendi remedium cum non vult pati divisionem bonorum quæ possidet, VIII. 299.
Cohæredum portiones qua communem actionem accrescunt cohæredi, nisi debitori remissæ reperiuntur, IX. 123.
Cohæres in petendo potior est, quam debitor in retinendo, ibid.
pro extraneo ad emtionem rei hæreditariæ admittendus pro eo precio quod offert extraneus, IV. 397.
possessor rei hæreditariæ, agentem hypothecaria exceptione divisionis excludit si cum hærede de quota sua pactus est, IX. 176.
Collatio quando sub juramento fieri non possit, sed probatio requiratur, IV. 232.
fit duobus modis, I. 119. n. 21.
non attenditur antequam ad divisionem descenditur, II. 19. n. 4.
tum requiritur quando parentum professio circa conferenda fidem non faciat, IV. 233.
odiosa est & ad eam excludendam sufficiunt conjecturæ de voluntate patris I. 84. n. 4.
fit illatione accepti seu æstimationis ejus & quando, ib. n. 1. 2.
Collationi non subjacet quod debetur ut præcipuum als vorauß / I. 84.
Collationem petens conferenda probare tenetur, non autem à collaturis designationem acceptorum exigere potest, I. 85.
in Collationem venit quod unus liberorum dotis vel donationis nomine præcepit, II. 119. n. 10.
Collectæ & onera sequuntur eum, qui fructus suo jure percipit, V. 363. VII. 111. n. 5.
fundum ejusque possessorem sequuntur, VII. 111. n. 1.
de eadem re duobus in locis solvi non debent, II. 372. n. 17.
universitati impositæ omnes non singulos obligant, & solvendæ sunt etsi ad paucos deveniat jus universitatis VII. 33. n. 12.
sine imperio & jurisdictione imponi nequeunt, VII. 143. n. 14.
de bonis an in loco situs vel domicilii pendantur, II. 72. II. 372. n. 4. 5.
Imperii quomodo pendantur, II. 72. n. 1. plura singularia habent quam Provinciales ibid. n. 2.
non possessionum tantum immobilium

lium sed universi patrimonii onus sunt ibid. n. 4.
etiam à forensibus debentur eo in loco, ubi bona sita, nisi lege vel consuetudine aliud receptum, II. 372.
pro defensione terræ impositæ non recte detrectantur, II. 72. n. 25.
non rebus sed personis imponuntur, VI. 158. n. 6.
Collectarum causa non semper inappellabilis, I. 148.
Turcicarum gratia multa singularia sunt recepta, II. 72. n. 3.
fundamentum est jurisdictio, qua deficiente illæ imponi non possunt, III. 130.
modus mutatur mutato bonorum possessore, IV. 106.
in Collectarum causis quando appellari possint, IV. 27.
quando ordinarius processus obtinet, V. 187.
executivè non proceditur nisi causa & quantitas illarum sit liquida, I. 149. n. 8. & 14.
ad Collectationem Academicorum & aliarum personarum immunium non sufficit sola necessitatis allegatio, VII. 144.
Collectas & tributa quando immissi in bona sustinent, VII. 111.
Collectis in loco domicilii semel solutis alibi collectati non sunt onerandi, II. 72. n. 8.
ad Collectas pro fontium refectione Clerici & Professores quantum obnoxii sunt, VI. 127.
à Collectis immunitas præscriptione longissimi temporis acquiritur etiam non facta unquam interpellatione & accedente patientia, III. 312.
immunitatem quando possessor probare tenetur, III. 205.
in Collectis consuetudo spectando, III. 205. n. 8. II. 72. n. 16. 17.
ne fiant fraudes, nec prægravationes Magistratus curet, III. 216. & 323. n. 4. 5.
pro Collectis ex mora usuræ debentur, II. 162.
super Collectis, tributis & muneribus publicis ita lis est agenda ut interea reipubl. nihil incommodi vel detrimenti existat, V. 187. n. 4.
& ab earum immunitate lite pendente nihilominus fit executio, V. 224. n. 2.
à Collectis immunitas longissimo tempore præscribitur, IV. 210. n. 3.
Collectandi jus est quidem de Regalibus sed modus non, III. 216.
modum mutare magistratibus fas non est, ibid.
Collegium quot personæ constituunt & conservant, VII. 140. n. 2. IV. 152. n. 10.
opificum justene intercedat, si Magistratus alicui extra collegium illud exercendi libertatem concedit, I. 55. & 56.
ex contractu majoris partis ut obligetur, III. 162. n. 5. 6. 7.
habet in se jus fraternitatis, VII. 176. n. 1.

opifi-

opificum statuta in præjudicium aliorum an concedere possit. III. 284.
exstructum non potest sine venia superioris restaurari, IV. 378.
quando censeatur exstructum, ibid.
quando non usu censeatur desiisse, V. 170.
ad Collegium quæ spectant in his considerandum quod more seu usu antiquo receptum, VII. n. 38. n. 3.
concedi jus Magistratibus civitatum quidem competit at non absolutum, VIII. 241.
Collegii jus, quod est, non possunt alii qui non sunt de Collegio exercere, I. 108. n. 2.
seniores quatenus paciscendo collegio nocent, VIII. 3. n. 6. 7.
seniores prærogativam quandam præ cæteris etiam in Magistratu constitutis habent, VII. 176. num. 2. 3.
jure quæ competunt, privativè concessa, & aliis extra collegium prohibita intelliguntur, II. 287. n. 4. 5. V. 170.
membrum non obligatur per cætera membra, ubi ei deest aut potestas Collegii, aut utilitas negotii communis, III. 162.
jura pro utilitate communi recepta in consequentiam non sunt trahenda, I. 108. n. 3.
jus quod factum est censetur à communi libertate exceptum, II. 187. n. 10.
juris concessio facit jus quæsitum, & concedentem ad observantiam obstringit quatenus se obligarunt, I. 56 n. 1. & 5.
jura cedere debent publicæ utilitati, ibid. n. 2.
opificum statuta ex confirmatione Magistratus urbici valent, etiam in præjudicium aliorum, nec opus est ea confirmari à superiori, III. 284.
licentiam facere, est Principum, quatenus urbano Magistratui competat, IV. 301.
bona plerumque administrantur per Seniores, VII. 177. n. 2.
jura qui vendunt, non possunt aliis prohibere, eadem à se confecta vendere, V. 256.
seniores sunt instar curatorum, VII. 388. n. 2.
causas agere cessantes Seniores cæteri collegæ agere possunt, ib. n. 3. 4.
seniores litem collegii abdicando deserere nequeunt ibid. n. 5.
ex Magistratu membrum nihil ultra juris aut potestatis qua collegialia habet quam alius quisquam collegia, VII. 176.
seniores ipsi collegio cæterisque collegis transigendo vel appellationi renunciando nihil nocent, VIII. 3. n. 8. 9.
jura sic accipienda sunt ne reipubl. vel civitati noceant, IX. 100.
Collegio, quo cum lis est, quomodo juramentum differri possit, & quomodo juret, IV. 161.
à Collegio si parens est exclusus filii ejus ante exclusionem nati nihilominus juri-

juribus collegii fruuntur, IX. 115.
coram Collegio consulum acta non minus rata sunt quod unus vel alter abfuit, VII. 176.
ex Collegio non statim excludatur, qui criminis incusatur, nisi etiam convictus, V. 257. minus,
cujus mater de atroci crimine diffamata, V. 118.
Collegia in iis quæ non habent privative sibi concessa, non possunt aliis prohibere, V. 260. n. 1.
illicita & publ. utilitati contraria à Magistratibus sunt dissolvenda, VII. 84. n. 10.
habent arcam communem, reditus & bona propria, VII. 177. n. 1.
an & quatenus jus pignorandi eos, qui eorum juri contrariantur habeant, V. 255.
opificum servari an publice expediat, IV. 301. n. 1.
functionibus distincta non sunt promiscuis usibus sive actibus turbanda, II. 267. n. 4.
non possunt institui sine permissu magistratus, nec jam constitutum ultra concessionem sibi aliquid tribuere, III. 38. n. 16.
Collegii beneficio indignus est, qui quod ejus est non præstat, II. 156. n. 2.
per Collegii jus nihil usurpandum à collegis quod publice privatimq; aliis noxium, II. 156. n. 5.
Collegiorum privilegia quatenus mercimonii & opificiorum libertatem restringunt stricti juris sunt, V. 256. n. 2.
facultas ad injusta non extendenda, III. 39. n.
studium pro conservandis bonis moribus laudabile est, ibid. n. 1.
propria reddita ut sua defendere & alios ab illis arcere licet, VII. 38. n. 5.
diversorum jura & commoda quomodo confundi non debeant, V. 229.
statutis addita à Magistratu clausula mutandi potestatem reservans quid operetur, V. 230.
jura non facile mutanda ibid. & 231.
Collegiis non competit jus plectendi collegas merces falsificantes, V. 257.
jurisdictio concessa est pro cujus effectu ex lege vel consuetudine quædam obtinent, quæ Imperii esse videntur, VII. 38. n. 1.
pignoratio competit in causis ad se pertinentibus, ibid. n. 2.
in Collegiis dignitatem habentibus, an nobiles nuper assciti aliis Senioribus non nobilibus præferendi, V. 292.
Collegæ in causa collegii an testes idonei, II. 86.
sunt fratres, inter quos ut tales non est ordo, VII. 176. n. 1. 2. limit. n. 3.
super Collegarum jure pendente lite non sunt ii qui impugnant ab actibus collegii excludendi, VIII. 478.
Collusio debitoris non debet nocere tertio possessori, IV. 285. n. 3.
nunquam prodesse debet nec alteri nocere, VI. 212. n. 1.
non est quando quis suæ consulit se-

curitati ibidem, n. 1.
in necem debitoris nocet fidejussori, nec finit actione mandati uti contra debitorem, VII. 213. n. 6.
Collusionis exceptio contra Apocham creditoris competit, ibid. n. 4.
non potest objici fidejussori super eo, quod nondum solvit, & tamen reus debeat, VII. 212.
Colonarii juris præsumptionem inducit cautionis uniformis solutio per longissimum tempus, ubi alia ejus causa non apparet, & probationis onus transfert in adversarium, IX. 74.
Colonia perpetua non præsumitur, sed potius locatio, I. 163.
Coloniarum jus, das Meyer-Recht/ amittitur abusu, V. 338.
amittitur propter deteriorationem fundi, V. 348.
Coloni non est possessio, ideo interdicto unde vi non expeditur nec dominii proprie talis exceptione se tueri prodest, VII. 159. n. 10. 11.
Colono integrum esse potest jus retentionis, locatori tamen ingressus & cultura fundi sui sine spolio alterius liber, VII. 159. n. 15.
Colonis vel rusticis per conductorem credita quando repeti queunt à locatore, VIII. 30.
Colonus ob sævitiam in subditos juste expellitur, II. 85.
Commendatio non est obligatoria nisi cum obligatione ad certum quid, VIII. 72. n. 6.
Comites Palatini non gaudent privilegio fori, I. 185. n. 2.
Commendatio adjunctam habens promissionem obligat, VIII. 120.
Commercia gubernantur consuetudine, II. 187. n. 2. 316. n. 5.
jure gentium libera, I. 108. n. 5; II. 187. n. 1.
moderamini civitatis subsunt, I. 188. n. 6.
Commercii interdictum non irrogatur, nisi qui meruisse convicti, vel confessi, III. 268.
Commerciorum libertas communem spectat utilitatem, II. 279. n. 2.
libertas quousque se extendat, II. 316. n. 2. 4.
usus impeditur ex impedito judiciorum cursu, I. 210. n. 16.
Commissio facta ordinario ut intelligatur, I. 151.
est regula potestatis qua commissarium ibid. n. 2.
declinari potest per allegationem causarum quare non apud superiorem ibid. n. 4.
strictissimi juris est, I. 58. n. 5. V. 310. n. 2.
ultra intentionem committentis non operatur, ibid.
ubi petitur non opus est ut altera pars prius audiatur, II. 164.
non suspenditur ob nondum petitam adjunctionem, III. 110.
ad unius partis petitionem decernitur, III. 203.
est extraordinarium munus publicum quod quisque invitus suscipere tenetur,

netur, V. 400.
pro rationibus excutiendis cujus sumptibus expedienda, V. 401.
ad perpetuam rei memoriam quando actori decernenda, VI. 302.
ad perpetuam rei memoriam quando in inferiori judicio decerni potest, cum lis pendens est in superiore, VI. 305.
Commissionem ad perpetuam rei memoriam petens actor causam & necessitatem allegare debet, VI. 304.
Commissione superioris pendente qui gessit jurisdictio ordinarii, I. 58.
Commissiones decernendi modus, VIII. 128.
in Comissionibus decernendis judex qua personas partium voluntatem sequi debet, III. 224.
Commissionis decretum prærequirit citationem ex causa quæ judici dubium facit, an decerni debeat, VIII. 463.
Commissarius Principis est major quocunque ordinario, I. 83. n. 1.
non est constituendus qui recusari potest, nisi ex consensu partis, ideo ea prius audita, VIII. 114.
Commissarii adjunctionem petere integrum cuique est, sed mature fiat, III. 110. n. 12.
adjunctionis omissa petitio non debet differre actum commissionis nisi facta sit inhibitio ibid. n. 35.
adjunctio non deneganda uni inter plures, quos idem processus concernit, V. 129.
officium an sit ut ipse attestem gravi morbo decumbentem accedat & examine defungatur, VI. 318.
recusatio in ipso actu commissionis admittitur, modo commissio extrajudicialiter decreta, secus si judicialiter, IX. 121.
ad examen testium recusatio facilè admittitur, IX. 122.
ad examen testium recusatio ex leviori suspicione recipitur, IX. 17.
Commissario licita est subdelegatio ex justa causa, VI. 318. n. 4.
à Commissario Regio appellari potest cum gravamen non est in commissione, sed in commissarii facto, I. 250. n. 6.
appellatur ad committentem II. 11. sive hic sit Princeps sive alius ordinarius, n. 1.
Commissarii, si negligentes, possunt compelli etiam dicta pœna, suspecti vero removendi, V. 400. conf. 326. n. 6. & 330.
& Notarii plures unam relationem rotulumque conjunctim edant, II. 263.
& protocolla si discrepant judex de eo informatus potest de novo quæ ad exquirendam veritatem faciunt committere, II. 326. n. 7.
& Notarii ut rotulum vel relationem conficiant, II. 326.
coram Commissariis non admittitur interventio, VI. 254.
Commissarios an & quando decet partes ad comittentem remittere, VI. 254.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757186173/phys_0073
DFG

per Commissarios executio aliquando expediri potest, VI. 75.
Commissarium recusandi justa causa est familiaritas cum adversario major, ut & favor quidam in illum repertus, IX. 18.
Committere, appellatione remota, quis possit & quomodo, III. 187.
Commixtio facit communionem, I. 28. n. 2.
Communis rei venditio non plane invalida est, VI. 144. n. 5.
Commoditas vel utilitas, quam quis habet in re propria, post, si rem alienaverit, fit servitus, nisi aliud conventum, III. 34.
Commoda esse eorum quorum sunt onera æquum est, I. 230. n. 4.
Communia instrumenta deponenda sunt non uni committenda, VI. 240.
Communes non sunt res emptæ earumque onera antequam communi agnita est, VIII. 261.
Communis causa communibus sumptibus agenda, VI. 108. n. 4.
Communio inter conjuges facit ut pro se invicem obligentur, III. 123. & 138. quatenus, III. 166.
facit commixtionem, hæc separationem, III. 138. n. 6.
in Communione invitus quando aliquis persistere cogatur, IX. 157.
persistere non tenetur ubi in grave alterius incommodum vergit ibid. n. 5.
Comparendi necessitas cessat, donec citato communicata citationis causa, VI. 11.
Comparitio sola non facta facit contumaciam, sed quæ conjuncta est cum contemptu judicis, VIII. 289.
Compascui jus personæ an fundo competat multum refert, V. 251.
juri an possit invito altero renunciari, V. 252.
Compensare an quis possit debitum à creditore creditoris sibi cessum, III. 58. n. 1. 2.
Compensari non potest quod peti nondum potest, I. 124. n. 2. VIII. 259.
species cum specie nec qualitas speciei vicem habens, II. 131. n. 1. 2. 3. VII. 264. n. 4. & 289. n. 2.
quod ab alio cessum est, II. 132. n. 10. 11.
posse qua tertium non proficit, sed oportet compensatum esse, VIII. 167.
Compensandi animi declaratio quomodo fit & facta intelligitur, VII. 243. n. 2. 4.
Compensatio in quod debitum fiat non à creditoris sed debitoris voluntate dependet, I. 116. VII. 52. n. 8.
solutionis vice est, ibid. n. 3. VII. 289. n. 3.
ipso jure fit, ibid. n. 4.
non est nisi liquidi cum illiquido, I. 122. n. 1. II. 208. n. 3.
quando non habeat locum, II. 121.
utriusque culpæ fit, II. 43. n. 6.
opponi potest etiam ex debito alterius, cujus interest compensari, II. 217.
speciei cum pecunia fieri non potest, II. 332. n. 2. nisi ex interventu æstimationis, n. 3.

quæ

quæ cedenti opponi potuit, quando contra cessionarium valeat vel non, IV. 140. n. 1. 2. 5. 6. 7.
rei vindicationi non potest opponi, VII. 289.
semel facta retractari nequit, VII. 127. n. 3.
liberat à debito ex momento oppositæ exceptionis, IV. 141.
illiquidi cum liquido non admittitur, nisi conventum antea, quod illud ab hoc detrahendum, V. 328.
non est nisi inter paria & ut sunt talia, VII. 241. n. 1. 2.
licet ipso jure fiat declaratione tamen animi indiget, IV. 195. n. 4. VII. 127. n. 3. 242. n. 3.
quomodo declaratur, IV. 141. n. 3. 195. n. 4. V. 147. n. 2. & 4.
post concursum creditorum locum habet, VII. 127.
post mortem mariti viduæ ob dotem promissam conceditur, VII. 242. n. 5. 6.
annuorum redituum non est prohibita, nisi fisco illi debeantur, II. 432. n. 1.
fit invito debitore, qui cogi potest ad compensandum nisi malit solvere, VII. 52. n. 9.
non ante fit quam si animus compensandi declaratus sit, VII. 52. n. 11.
in ipsa executione post rem judicatam opponi potest, VII. 202. n. 2.
non ut solutio prius in usuras antequam in sortem imputanda est, VII. 52.
actioni judicati objici nequit cùm jus compensationis qua actionem incertum est, VII. 202. n. 4.
facta non poscit liquidationem crediti, sed facienda & quis ejus effectus, VII. 345.
ex eo quod alii quam reo debetur non potest opponi, VII. 262.
Compensationis exceptio an fidejussori competat ex eo quod principali debetur, I. 117. II. 217.
quando competat ex eo quod alii debetur, ibid.
juste opponitur hæredi etiam cum beneficio inventarii ex eo quod defunctus debuit, I. 121.
quæ contra cedentem valet non semper cessionario opponi potest, II. 186. n. 5.
ratio est in hoc, quod nostra interest est non solvere potius quam solutum repetere, I. 121. n. 3.
rejectio cum magno præjudicio est conjuncta, II. 308. n. 9. 10.
exceptio filiæ ex nomine quod in dotem cessum erat petenti non potest opponi ex debito patrui cedentis nisi ejusdem hæredi, VIII. 486.
ob Compensationis exceptionem omissam vel rejectam vel posthabitam an appellari possit, II. 308.
Compensationi ex credito alterius propter interveniens arrestum interdum locus est, VIII. 127.
renunciari potest & renunciatio excludit de illa exceptionem etiam cum & talis ob illud creditum fac-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757186173/phys_0075
DFG

fuit, cum quo illa intenditur, VIII. 487.
Compensationem opponere potest fidejussor ex persona principalis, licet is non sit solvendo, II. 216.
in Compensationem non venit quod exceptione eliditur, II. 131. n. 3.
quod in Compensationem venit pro soluto habendum est, VII. 242. n. 2.
in Compensationem non venit, quod non præstat compensandum, VII. 264.
per Compensationem liberatus debitor chirographum à quocunque possessore repetit, II. 186.
à Compensatione ad solutionem valet argumentum, 116. n. 2.
ex Compensatione dotis illatio facta censetur, VII 242.
Compromitti potest in judicium ordinarium, I. 98.
in Compromissis arbitrium personæ addictum non egreditur personam, ib. n. 8.
Compromissa eandem cum judiciis vim habent, iisdemque remediis oppugnantur, II. 280. n. 2. 3. 6.
nudo pacto hodie fieri possunt, ibid. n. 6.
sine adjectione pœnæ hodie vim habet, ibid. n. 4.
Compulsoriales decernuntur si judex inferior protrahit vel denegat justitiam, II. 139. n. 11.
Computatio sequitur naturæ vim & ordinem in naturalibus, I. 231. n. 2.
à Concedentis voluntate quæ dependent in his sola declaratio concedentis sufficit, II. 196. n. 11.
Concessio quælibet ita accipienda ut quam minimum præjudicet concedenti & tollat jus commune, I. 56. n. 8.
feudi publicè privata potior est, IV. 80.
semper concedentis personam ejusque familiam & ministros excludit, II. 187. n. 3. VII. 28. 9.
non sapit monopolii vitium, ubi constat de jure cedentis aut impetrantis aut non jus contradicentis, VIII. 432.
Conciliatio legis primæ C. de hæred. vend. cum L. 2. & fin. C. de quadrien. præscr. VII. 66. n. 2.
Concludi in causa dicitur quando probationibus utrinque renunciatur, II. 265. n. 7.
quomodo hoc fit ibid.
Conclusio causæ an de substantia judicii, II. 265. n. 1. 2. VII. 31. n. 7.
in causa non præstito juramento rescinditur à judice cum ipsi evidens nihil calumniose agi, quod arbitrio ipsius relinquendum, VII. 31.
rescinditur ob probationes & instrumenta postea reperta vel adhuc edenda, V. 240. n. 6.
ex officio à judice fieri potest, II. 265. n. 9.
pro Concluſa accepta causa à judice coram quo lis pendet rescissio est petenda, sed ante pronunciationem, II. 265. n. 12.
Conclusionis omissio quando vitiet processum.

cessum, I. 78. n. 8.
rescissio peti potest usque ad sententiam ex rationabili causa, I. 134. n. 6.
rescissio quando sine præstito juramento impetratur, VI. 284.
rescissione petita à judice diligenter expendendum est, an cur petitur ad causam faciet & quomodo, VII. 218.
post Conclusionem in causa quando intervenientium scripta vel alia admittenda, VII. 219. VI. 284. n. 4.
post Conclusionem in causa judex ad acta nihil permittere nec à partibus novas probationes exigere potest, III. 185. n. 1. 2. 3.
documenta quorum in actis facta mentio produci jubere potest, III. 185. n. 4.
ad Clarificanda quæ ipsi in actis occurrunt dubia, interrogare potest, & informationes à partibus exigere, III. 185. n. 5. 6.
Conclusionem causæ ex officio judex rescindere potest sed non sine causa, VII. 218. n. 2. 3. 4.
pro Concluſa causa immature accepta appellari potest, V. 240.
causam judex ex officio acceptare potest, V. 413.
Concubitus desponsatorum carcere aut pœnitentia Ecclesiastica punitur, III. 39. n. 6.
Concursus creditorum super feudo non impedit successionem, III. 136.
cœptus communem facit litis pendentiam, IV. 142. n. 11.
facit inter creditores communionem quæ non dividenda, V. 125.
impeditur ut debitor alibi conveniri non possit nec bona ejus postquam à creditoribus possidentur vel pro possessis habentur persecutionibus singulorum non obnoxia sint, VII. 23. n. 1.
jus quod antea quis habuit non tollit, VII. 40. n. 2. 3.
habet vim litis pendentiæ, IV. 158. n. 4. II. 250. n. 4.
contumeliam aliquam infert, I. 112. n. 8.
vitia ob quæ cassandus, IV. 226.
à proximo consanguineo excitatus potius aditæ quam repudiatæ hæreditatis argumentum est, IV. 227.
ex variis causis procedit, VII. 127. n. 1.
initium ex quo censendum, VI. 104. & 157.
excitatus suspendit actiones singulares & executiones ibid. n. 1.
extraordinarium remedium ad quod devenitur nisi cum creditoribus alia ratione non possit satisfieri, II. 328. n. 3. VIII. 60. n. 2.
sistit cursum usurarum quoad debitorem si bona ipsi adimuntur non qua creditores, VII. 245. n. 2. 3.
si non tenent res creditorum, nec fructus percipiunt, n. 4.
non tollit privilegia quibus alias creditores gaudent ibid. n. 6. 7.
differri non debet ob istius contradictionem cujus jus dubium vel nullum apparet, VI. 337.
exceptio non nocet agenti actione hypo-

hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, VII. 22.
cum incipit jus retentionis manet & reſtituitur viduæ, VIII. 160.
non eſt permittendus ubi eſt qui citra eum his ſatisfacere offert, VIII. 59.
ſiſtit ſingulorum de credito ſolvendo contra debitorem actiones, VIII. 158.
Concurſus excitati ſumptus vidua bona mariti retinens præbere tenetur, etſi alii alia jure crediti teneant, II. 345. conf. V. 315.
impendia præbent bonorum poſſeſſores, II. 300. 45 n. 1.
ab uno creditorum impenſi, etſi in prioritatis ſententia præteriti, tamen ante omnia petuntur & adjudicantur, III. 353.
Concurſui contradicens creditor non participat de iis bonis, quæ ſunt ſub concurſu, II. 287.
ante Concurſum à debitore geſta rata ſunt, niſi in fraudem creditorum facta, V. 345.
poſt Concurſum creditorum excitatum adjudicatio nullius eſt momenti, VI. 103.
poſt Concurſum creditorum quis adjudicationis proceſſus, VI. 393.
Concurſum ſequi non tenetur creditor qui fidejuſſores habet, ſed relictis bonis iis qui creditoribus cedunt, & ab iis poſſidentur, integrum eſt fidejuſſores convenire, IX. 187. n. 2.
ſi excitat debitor creditoris conditionem deteriorem facere permittendus non eſt, VIII. 149.
Concurſu excitato paria ſunt omnium creditorum jura nec uni præ aliis creditum etſi valde privilegiatum addicitur, II. 269. n. 1. 2.
Creditorum unus vel alter ſeparatim ſe juvari petens, non auditur, II. 250. III. 41.
omnium creditorum par eſt conditio uſque ad ſententiam prioritatis, II. 345. n. 1.
pendente expenſæ in eum factæ peti poſſunt, II. 269.
excitato bona ſtatim diſtrahi expetit, II. 169.
in electione creditorum & prætoris eſt curatorem conſtituere an bona vendere velint, II. 169. n. 2.
emptor pretium obtentu nondum finiti concurſus retinere non poteſt, II. 171.
pretium quomodo aſſervandum, II. 170.
bona omnibus creditoribus ſunt communia & creditorum par eſt conditio, II. 345. & 495. n. 8. III. 141. n. 1. 2.
ex ſe infamiam non irrogat famam tamen valde affligit, VIII. 60. n. 3.
pendente quando & quomodo ſolutionis gratificatio uni præ alio fieri poſſit, III. 141. & 174.
an creditori uni quicquam adjudicari poſſit, III. 174. n. 4. 5. 6. 7. IV. 142. V. 346.
hypothecaria adverſus tertium agere creditor poteſt hypothecarius, V. 198
offe-

offerendi jus non habet locum, IV. 158.
nihil innovandum ibid.
creditores qua debitorem sunt velut hæredes & successores, V. 354. n. 6.
etiam pignoratitia agi potest, sed cui solutio facienda, IV. 254. 255. V. 354.
non debet fieri adjudicatio, VIII. 373. n. 3.
durante etsi sententia prioritatis publicata non permittenda ante distractionem vel distributionem aliquibus creditoribus optio bonorum sed illa curanda, VIII. 338.
excitato, si emissio facta sit nihil juris vel proprietatis tribuit, VII. 135.
pendente creditor ante immissus contra creditores potiores modo possessionem retinet defenditur, VII. 40. VII. 373.
creditor contrahens creditum ad eundem concursum ejus crediti nomine non remittendus, II. 221. n. 3.
factæ expensæ conservationis & reparationis bonorum illo durante sunt discutiendæ & refundendæ ante omnes creditores etiam avitos, IX. 28.
in Concursu creditorum creditores præclusam liquidandi viam venientes an audiendi, III. 48.
præclusio unde oritur ibid. n. 2.
ab uno creditorum facti non imputandi bonorum corpori, sed his qui temerariam litem impendenti fecerant, VII. 322. n. 2. 3. 4. 5.
lis orta contra bonorum curatorem agenda, isque non communis creditorum procurator citandus, III. 120.
appellatio locum habent, I. 76. n. 1. & 210. & quomodo tunc procedendum, I. 210. n. 11.
processus maturandus ibid. n. 12.
unius vel alterius contradictio non obest, I. 76. n. 6.
non est alia eorum qui de proprio credito & qui de alieno ex fidejussione agunt, I. 76.
post constitutum prioritatis ordinem si quid agendum non omnes creditores sed priores saltem, ad quos bona proveniunt, citandi, III. 354.
ut lites abbreviandæ, IV. 86.
ejus quoque debiti super quo lis est in superiori judicio ratio habeatur, & quomodo, V. 156.
singulis incumbit verificatio eorum quæ exiguntur per documenta fide digna nec sufficit debitoris qui decoxit confessio, VII. 125. n. 1.
is modus procedendi est ut ad certitudinem judicium perveniat, VII. 250.
juris est ut cum bona emptorem non inveniunt, ad adjudicationem perveniatur, res æstimata loco pecuniæ creditoribus addicatur, IV. 159. n. 9.
potius semper est quod impenditur in communem istorum causam, V. 315. n. 3.
sumptus litis ex omnibus debitoris bonis, etiam quæ à creditoribus possidentur erogandi sunt, VI. 83.

Ecclesiis ultra alterum tantum usuræ non adjudicantur, VI. 386.
differenda non est anteriorum creditorum liquida petitio ob aliorum ab istis aliena litigia, VI. 385.
non observatur ordo executionis à legibus præscriptus, VI. 390.
adjudicatio non eo minus facienda quod aliquorum petitiones sunt controversæ, VI. 392.
petens creditum non impeditur extra illum aliis remediis pro suo consequendo uti, VII. 23.
mulier una cum marito veritatem asserere debet cum juramento, VII. 130.
quomodo post impugnatam super liquidatione & prioritate sententiam procedendum & pronunciandum est, VII. 125.
quomodo mulieri usuræ dotis cum dote adjudicantur, VII. 125.
præclusa petendi via non est ademptum vel impeditum jus, quod ante illam obtentum retinendi vel vindicandi, VII. 150.
non facta professio crediti rei principalis aut alicujus fidejussorum quando excludit actionem contra alium fidejussorem, IX. 174.
quomodo creditori debitoris qui fidejussores habet in Ducatu Bremensi ex statuto procedendum ibid. pr.
dos tanquam numerata sine ulla alia probatione numerationis in creditorum detrimentum mulieri adjudicari nequit, IX 195. n. 1.
Condemnari non semper debet reus ob id quod actor intentionem probaverit, VI. 116.
Condemnatio plurium in eadem sententia non dividit actionem si alia mens judicis apparet, IX. 50.
Codemnatus rem restituere vel in re aliquid fieri pati non auditur si dicat rem non esse suam, III. 98.
Condici Jure-gentium possunt res ab eo qui non ex justa causa possidet, VIII. 246. n. 4.
Condictio indebiti datur ob solutum quod ipso jure non debetur, II. 113. n. 1.
non habet locum adversus creditorem suum recipientem licet ab alio quam Domino ibid. n. 3.
ob dotem solutam cessat, II. 190. n. 2.
Conditio, si innupta moritur, per primas nuptias deficit, II. 334.
& modus in conventionibus differunt, ea deficiente deficit conventio, non autem semper hoc deficiente, III. 355.
deficiens semel nunquam revivisci, II. 334. n. 4.
Conditionalia deficiente conditione desinunt, I. 98. n. 7. 183. n. 1. VII. 256. n. 9.
Conditione deficiente perinde est ac si nihil actum, I. 183. n. 2. VI. 167. n. 2. 4.
non præstita res redit ad statum in quo ante fuit, V. 111. 159. n. 3.
pendente non potest convenire debitor, I. 183. n. 4.

Con-

Conditionale quod est non valet nisi existente conditione, VI.378.n.1.
sub Conditione aut certo respectu promissa ea deficiente non debentur, VII.60.n.4.
Conducti actio non datur ultra id quod interest, II.89.n.7.
ob modicum damnum non habet locum ibid.n.8.
Conductioni an protimiseos pactum recte adjiciatur, II.300.n.1.
Conductionis resolutio finit quod ex eo tertio fuit debitum & liberat conductorem nisi delegatio accesserit, VIII.280.
Conductionem resignari non est opus, ubi certum ea tempus habet ex pacto vel consuetudine, II.381.
in Conductione prædii potior est qui jus retentionis habet, IV.308.
Conductor cedit emptori, V.340.
si appellat post finita conductionis tempora, an inhibitio decernenda, I.128.
an possit expelli præstita à locatore cautione, II.33.
ob non solutam mercedem expelli potest, II.87.lim.n.2.
propria autoritate expelli potest, si justa detinendi causa deficit, I.128. n.3.
post finita locationis tempora invito locatore in fundo locato versari non debet, I.128.n.2.
od justam causam ante finita tempora expelli potest, II.33.n.6.
ob necessitatem rei suæ à locatore potest expelli, VII.296.n.6.
ob rem locatam deteriorem redditam, VII.148.n18.
ob sævitiam in rusticos, II.85.n.1.
expelli potest si locator re opus habet, vel eam distrahere cogitur, II.88.& 244.
non potest rem conductam finito locationis tempore sub obtentu dominii aut meliorationum retinere, nisi hæ sint liquidæ, II.33.n.3.
ut ob distractionem à locatore factam possit expelli non sufficit juramentum aut allegatio sed probatio necessitatis requiritur, II.244.n.1.2. 3.4.
non mutat sibi possessionem qui jure suo utitur, II.263.n.7.
quas expensas repetat, II.89.
quomodo militum hospitia sustineat, II.90.
quatenus damnum per transitum militarem fructibus datum repetere nequit, II.90.n.3.4.
quando possit agere ad interesse, si non factum à locatore quod convenit, II.84.
tenetur ad mediam diligentiam ibid. n.2.
ad remissionem mercedis agere potest, si re locata uti non potuit, etsi à petitione interesse sit absolutus reus, II.84.n.7.
ex adjecto pacto protimiseos jus tribuente, etsi tantum in futurum sonet, potior est emptore, qui cum locatore contractum venditionis iniit,

iniit, II. 300. III. 323.
actionem empti & exceptionem ac retentionem ex tali pacto habet, ibid. n. 16. VI. 148. n. 12.
pro expensis in rem locatam factis habet jus retentionis, III. 43. n. 4.
an impensas, quas contra locatoris prohibitionem impendit, repetere possit, III. 119.
post finita locationis tempora rem conductam retinens spolii ac vis reus fit, ideoque propria autoritate expelli potest, III. 43. n. 1. 2. 3.
mercedem solvat possessori, V. 28.
singulari successori an & quomodo teneatur, V. 29.
quatenus aliis relocare possit, ibid. n. 6. IV. 101. & 102.
mercedem cui solvere cœpit, ei lite pendente porro solvat, V. 374.
à contractu non liberatur sola resignatione, IV. 260.
clam illata & infecta auferens furtum committit, nonnunquam etiam violatæ jurisdictionis crimen, IV. 245.
utilem & necessariam, quam fecit impensam tollere potest, sed ut tollat, cogi non potest, IV. 75.
non potest alii quam locatori, ne quidem emptori tradere rei locatæ possessionem, IV. 90.
quatenus colonis vel rusticis credita à domino vel locatore repetere potest, VIII. 30.
quando locatoris jurisdictioni subsit, IV. 246.
opponens sterilitatem, bellum similemve calamitatem ad pensionis remissionem quatenus audiatur, IV. 244.
lite inter se & emptorem super jure protimiseos pendente, nihilominus locatori ad mercedem tenetur, IV. 91.
si in opere ad utilitatem locatoris suscepto equum perdat, an pretium à locatore petere possit, V. 190.
ex pacto retrahens ad mercedem pendente lite, non usuras tenetur, V. 76. sed post obtentam victoriam imputat in pretium & usuras, V. 206.
re male utens non gaudet temporis usu ad rem locatam retinendam, V. 379.
præstare tenetur onera, quæ ex corpore fructuum penduntur, I. 222. n. 1. 2.
per bellum quando à contractu liberatur, VI. 46.
quando tenetur ex facto sub-conductoris & in quantum, VI. 48.
oneribus rei conductæ ut ut realibus obnoxius non est, VI. 74.
non vero locator sustinet hostiles casus & damna rerum conductoris ex bello publico, VI. 224.
emigrare tenetur finito locationis tempore, VI. 307. n. 1.
locatoris creditori ad rationes super pensione nec non ad juramentum, VII. 194.
de reditu vel censu qui ex fructibus debetur rectè convenitur, & cum solvere detrectat executioni fit obnoxius, VII. 222.

ob

ob non solutam mercedem post biennium potest expelli, etsi fidejussorem idoneum dedit, VII. 315.
quatenus tenetur locatoris creditoribus, & quæ ante hos deducit, VIII. 29.
à Conductore deductio à mercede fieri potest ob servitia pro muniendis provinciæ locis præstanda Schantzen und Wall-Arbeit/ VIII. 31.
Conductoris invecta & illata in prædium rusticum tacite obligata sunt, IV. 127.
pecoris aliarumque rerum damna ex fortuito casu non refundit locator, VI. 400.
à sententia, mercedis solutionem, imponente, appellatio quando non recipiatur, IV. 244.
Conductori contra emptorem qui eum expellere vult, an competat exceptio nullitatis vel vitii contractus, V. 33.
ex conductoribus duobus præfertur, qui prior conduxit, nec juvat secundum quod ex alia conductione rem de præsenti conductam teneat, II. 379.
non est præstanda omnis commoditas, sed tantum usus rei, III. 119. n. 9.
ob privatam inimicitiam erga locatorem damna illata resarciri debent, non vero per belli casus erepta, VI. 401.
contra emptorem rei conductæ quæ competunt exceptiones, VI. 144.
integrum est aliis relocare rem conductam, VI. 48.
non est prohibenda distractio fructuum nisi in solutione mercedis morosо, & quis ille sit, VII. 342. n. 3. 4. 5. 6.
prædii in quo jus locationis temporale fuit, post hoc extinctum nec retentio nec actio supereſt, nisi ob meliorationes, VII. 90.
Conductorum fraus usitata vel postquam re locata bene fruuntur, postea consumpta pecunia litem moveant, quo diutius fruantur nec solvant, VII. 297. n. 7.
contra Conductorem ut finito tempore locationis emigret mandatum sine Clausula decernitur, VI. 307.
Cohæres locatoris sub obtentu partis sibi jure hæreditario in re locata competentis ultra tempus definitum istam detinere non potest, III. 301.
tanquam cæterorum cohæredum procuratorem se gerens juste convenitur & condemnatur, III. 99.
pretium rei hæreditariæ deponere debet donec familiæ erciscundæ judicio fuerit actum, III. 142. n. 7. 8.
si non præstitit præstanda statim expelli potest, II. 34. n. 5.
si in contractu sibi proximitatem emendi pactus, quid juris si locator pacto huic contraveniat, III. 322. add. II. 300.
inter Cohæredes judicis est curare interponi cautiones de conferendis, VIII. 345. n. 2.
Conferre quando quis teneatur mediante juramento, I. 85. n. 4.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757186173/phys_0083
DFG

Conferenda, lite desuper pendente, in judicio deponi non est necesse, sed sufficit cautio in eventum, I. 86.
Confessio quenquam sua non alium obstringit, I. 16. n. 4. VII. 134. n. 3.
est optima probatio, II. 241. n. 4.
facta in una causa an noceat in altera, IV. 401.
relativa non probat, nisi constat de relato, ibid. n. 3.
dubia quomodo accipienda, VI. 404.
qualificata non est ideo irrita, quod de qualitate non constat, sed dum hæc non probatur, reliquum pro vero habetur, I. 123. n. 2.
absente parte facta non habet vim judicialis confessionis, VII. 154. n. 1.
incidenter facta de credito non probat, ibid. n. 2.
in uno judicio facta si modus agendi variat non facit in alio plenam fidem, ibid. n. 3.
extrajudicialis parte præsente & acceptante plene, illa absente semiplene probat, VII. 154. n. 5.
erronea semper revocari potest, VIII. 8. n. 1.
contra confitentem probat donec error doceatur, VII. 154. n. 6.
mariti pro uxore suspecta, III. 14. n. 2. III. 339.
debiti accipienda est juxta contractum seu causam antecedentem, VIII. 34.
Confessio incidenter facta nil nocet, VIII. 367. n. 3.
dubia in favorem confitentis interpretanda, ib. n. 5.
qualificata individuè accipitur, n. 6.
extrajudicialis favore piæ causæ plene probat, VIII. 6. n. 4.
Confessionem notoriam ex aliis actis præter à parte allegata judex attendere debet, VI. 155.
Confessionis iteratæ quis effectus, VIII. 6. n. 5.
in Confessoria vel negatoria actione uterque actor & reus est, VIII. 292. n. 9.
Confessum & concessum habet judex quod à parte altera adductum, & ab altera non negatum, II. 248. n. 7.
Confirmatio actus, tendens in tertii præjudicium, fieri non debet, nisi citata parte & cognita causa, I. 6.
tertii jus non perimit etsi à Principe facta, ibid. n. 3.
qua confirmantem non est inutilis, ibidem n. 4.
eorum quæ sunt status vel gratiæ, non convenit judiciis, III. 149.
nihil novi tribuit, VI. 334. n. 3 396. n. 2.
contrahentes arctius adstringit ad observantiam, VII. 232. 9.
non extendit actum ultra id quod vere gestum est, ibid. n. 7.
sine præjudicio tertii fit, ibid. n. 8.
non facit actum, sed jam factum corroborat, ibid. n. 4.
non potest retro trahi in præjudicium tertii, ibid. n. 5.
magistratus non est necessaria in his quæ jure fiunt, licet utilis, III. 38. n. 10.
vocationis pastoris est actus superioritatis

tatis territorialis, III. 149. n. 5.
à Confirmatoriis non appellatur, I. 192. n. 1. VI. 396.
Confiscandi jus & bonorum vacantium non sequitur merum Imperium, III. 101. n. 11. nisi consuetudine vel more provinciæ aliud obtineat, ibid. n. 2.
ad Conformitatem sententiarum quæ requiruntur, I. 18. n. 4.
Confiscata non redeunt ad dominum, nisi hic plene restitutus, II. 23.
Conjectura probabilis sufficit ubi plena non potest haberi probatio, VII. 257. n. 4.
Confrontatio est res valde odiosa, nec facile ad eam deveniendum, III. 73. n. 4.
Confundere & velle habere separata sunt contraria, I. 40. n. 4.
Confusio pro solutione est, IV. 325. n. 3.
quando facta intelligitur, I. 30. n. 3.
accessoriam obligationem & minus principalem perimit, ibid. n. 4. 8.
hæreditatis cum bonis hæredis quando facta censeatur, I. 40.
tollit separationem sed non beneficium inventarii, ibid.
Conjux desertor omnia ex conjugis bonis lucra amittit, IV. 136. eaque non cedunt fisco sed defuncti hæredibus, V. 137. ideoque nec in possessione bonorum defendendus, ibid.
superstes defuncti personam repræsentat, III. 166. n. 2.
Conjuges ut pro se invicem obligentur statuto & consuetudine induci potest, III. 123. & 138. quatenus tum obligentur, III. 166.
ex communi negotiatione pro se invicem obligantur, II. 206. 3.
tam arcte Deus conjunxit, ut sine impietate alter alterum deserere non possit, III. 123. n. 3.
utriusque fortunæ invicem sunt participes, ibid. n. 9.
proprio ausu se separantes contra finem conjugii agunt, VII. 162. n. 5.
est inter Conjuges omnium divinarum atque humanarum communicatio, III. 123. n. 4.
crediti contractus esse potest, & ex eo invicem petitio, III. 125. n. 9.
Conjugis utriusque bona confusa & unita unius patrimonii vicem sustinent, V. 15. n. 3.
Conjugum velut unius carnis potior ratio habenda quam cognatorum, VII. 253. n. 7.
bona per testamentum reciprocum, quod non revocatum, sic confunduntur, ut unius patrimonii instar sint, V. 15. n. 3.
Conjuncta persona, uti & consors litis, procuratorem suo & interessentium nomine constituere potest V. 98.
Conjunctus pro conjuncto agere potest sine mandato nec præstita cautione de rato, nisi adversarius hanc peta, V. 361.
Connexa pro iisdem habentur nec dividenda, VII. 204 n. 2.
Connexitas facit simul devolvi quod con-

connexum, III. 116. n. 3.
& continentia causæ oritur ex interventione, VI. 290. n. 4
Connexa capitula reputantur unum ratione connexitatis, I. 70. n. 1.
contra Connubiale votum filio ex dissensu patris non competit exceptio, VIII. 41.
Conscientia judicis legibus est adstricta & satis secura si quod juri consentaneum est pronunciat, VII. 78. n. 2.
errans de jure post factum, ita ut credat peccatū, quod licitum, nullam vim obligandi habet, ibid. n. 9.
ex jure debet informari, ibid. n. 10.
Conscientiæ qui consulere cupit etsi erronee justam reluctandi causam habet donec ex pietatis regulis melius informatus fuerit, VII. 162. n. 4.
actoris per judicata satis prospectum, VII. 78. n. 3. 4. 5.
Conscientiam suam quisque purgare tenetur, qua illam non obtinet laudatio autoris, VII. 65. n. 6.
Conscientiis partium litigantium quatenus locus relinquendus, VII. 78.
& negociis humanis consulitur si clausulæ an Eydes-statt effectus juramenti tribuitur, I. 146. n. 7.
adversum plane contra scientiam & veritatem judicare, VII. 155. n. 12. 14.
Consignatio actorum ad substantiam editionis non pertinet, I. 255. n. 2.
Consensus domini in hypotheca feudi quid operetur, V. 246.
frustra requiritur ubi sine eo actus validus est, VIII. 355. n. 1.
& agnati quomodo differunt, VII. 251. n. 2.
ad unum effectum præstitus non debet alium operari, VII. 251. n. 6.
ad autoritatem vel licentiam actui præstandum non obligat consentientem, ibid. n. 7.
parentum tacitus ad nuptias liberorum sufficit, VII. 40.
inter Consensum ex verbo & facto non est attendenda differentia nisi lex verba ad illum requirit proforma, VII. 59. n. 6.
Consentiens salvo suo jure consensisse, non jus pignoris remisisse creditur, VII. 251. n. 8.
Consentire intelligitur qui non cum debet contradicit, II. 140. n. 9.
ex Consequenti fit illatio ad necessarium antecedens, II. 240. n. 4.
Consiliarii & ministri Regii, circa Regimen occupati à juramenti, calumniæ præstatione non sunt exempti, domi tamen suæ jurant, V. 238.
immunes sunt à tributis & decimatione, VII. 28. num. 11. 12.
Consilii fraudulenti justa pœna est, ut beneficio dans illud non juvetur, VII. 71. n. 7.
Consistorium an habeat jus mulctam irrogandi & percipiendi, IV. 393.
habet jus decernendi pœnas Ecclesiasticas, VII. 293. n. 2. 3.
non habet potestatem exequendi, I. 235. n. 2.

non

non habet merum Imperium, II. 138. n. 4.
in clericos exercet jurisdictionem, II. 137. n. 2.
qualem & quantam habeat jurisdictionem, III. 257. 258. VII. 26. n. 5.
Consistoria Evangelicorum Statuum non ex secularibus saltem sed & Ecclesiasticis personis constant, IV. 1. n. 2.
successerunt in locum judicii Episcopalis quod in Papatu fuit, IV. 137. n. 2.
jus Fisci non habent, IV. 363. n. 4.
Consistorii jurisdictio quomodo ex L. Diffamari & pro defensione Clericorum fundata sit, VI. 9.
jurisdictio regulam habet ex ordinatione Ecclesiastica & instructione præscripta, VI. 9. n. 9.
à Consistoriis in Germania ad aulas & curias Imperii statuum frequens appellari, IV. 1. n. 5.
Consistoriis secularibus causis se immiscere prohibitum, III. 115. n. 4.
dicatæ sunt causæ Eccleſiast. ut sunt tales, ibid. n 3.
Consistoriales causæ ut tractentur, IV. n. 1.
aliæ sunt meræ Ecclesiast. aliæ meræ seculares & civiles, aut in istas incidunt secularia, IV. 2. n. 6.
Consors pro consorte agere quidem potest, sed eum non obstringere, III. 285. conf. V. 391.
causæ non ad testimonium, sed ad juramentum suppletorium admittitur, V. 65.
appellationem à consorte interpositam, sed derelictam prosequi potest, IV. 180. n. 6. II. 341.
causæ invito altero consorte cum ejus interest, à lite discedere nequit nedum contra conventionem, VIII. 215.
unius post transactionem cæterorum consortium non communem causam ultro agit, sed pro suo tantum interesse experitur, VIII. 328. n. 1. 2.
Consortis appellatio & victoria consorti prodest, I. 88. n. 3.
contumacia juste coercetur exclusione ab appellationis beneficio, II. 341. n. 6. 7.
unius inertia vel collusione non est corrumpendum jus alterius, II. 341. n. 3.
Consorti, qui non fuit in lite, judicatum non nocet, III. 285.
Consortes causæ collectivo nomine agentes nomina speciatim edere tenentur, IV. 62. uti & conventi speciatim nominandi, ibid. n. 1.
Consortibus pluribus judex ex officio, procuratorem communem constituere, injungere potest, IV. 63. II. 342.
ex pluribus consortibus unum omnium nomine jurari sufficit, I. 237. n. 2. modo speciali mandatum à cæteris exhibeat, n. 3.
Consortibus non citatis judicialia decreta aut sententia, non præjudicant, VIII. 150.
Constitutarius possessionem propria autori-

toritate invito detentore occupare non debet, V. 552.
intra decendium possessionem non avocans remisisse intelligitur, V. 351. n. 11.
Constituens ut se adversus constitutarium defendere possit, plures sunt causæ, III. 353 conf. 360. n. 1.
pro alio solvere judicatum non juvatur ordinis beneficio, alias gaudet regulariter, I. 129. VII. 104. n. 1. limit. 3. 4.
fidejussoris instar est, 3. VII. 104. n. 2.
in subsidium obligatur se quandoque principaliter, I. 229. n. 1. 2. 3.
habet exceptiones debitori competentes, II. 25.
solvere pro alio, quod facta cum ipso liquidatione deberi constiterit, post mortem istius non ultra tenetur, VI. 399.
debitum verum at non bonum, non eo minus tenetur, etsi illud & debitoris bonis recipiendi animo & spe fecerit, nisi dolo alterius inductus sit, IX. 150.
habetur velut successor prioris debiti, IX. 159. n. 7.
Constitutum quid? II. 319. n. 4.
quamvis civilem & naturalem possessionem transferat, non tamen tale jus tribuit, ut constituens non auditus ejici possit, V. 315.
& expromissio fit debitoris gratia, VIII. 33. n. 5.
vitiat falsa persuasio, cum ejus causa fuit, IX. 140.
valet, modo debita sit pecunia, etsi quis debeat, velut nondum adita hæreditate, non apparet, ibidem n. 6.
sic transit ad constituentem uti debitor præstare debuit, IX. 159. n. 4.
valet etiamsi instrumentum principalis debiti non existat, IX. 162.
Constituti pactum & pro hoc explendo promissum separata sunt nec quia hoc deficit illud infirmatur, IX. 139. n. 4.
ex Constituto alterius res obstringat, an quis de alio constituat multum interest, IX. 139.
quando & quomodo debentur usuræ, IX. 159.
possessor possessionem amittit, si alium immitti patitur, & ante non intervenit, nec habet recuperandi remedium, si præsens per triduum, abiens per decennium taceat, V. 159. & 160.
quid juris habeat, V. 159. & 160.
possidens, si invito eo qui est in possessione, rem occupat, an in L. si quis in tantam incidat, IV. 217.
nascitur personalis actio, II. 361. n. 11.
possessio infirmior est ea quæ est ex traditione, V. 160.
Constitutio Imperii observatur, donec provinciali lege aliud cautum, V. 77.
Imperii de litigiosa possessione quando locum habet, 146. n. 6. 7.
à judice etiam partibus non petentibus observanda, VII. 147.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757186173/phys_0088
DFG

ad pœnam publicam & avertendum ſcandalum pertinet, ibid. n. 1.
Conſtitutionis Bremenſis von wucherlichen Contracten proceſſus non habet locum in depoſito, I. 200. nec contra civitatem. 202.
Imperii de litigioſa poſſeſſione requiſita, VIII. 155.
Imperialis beneficium tam fidejuſſori quam reo principali prodeſt, IV. 150.
in Conſtitutionibus Imperii quæ habentur ſingularia, ſi ſtatutum ſaltem faciant mentionem ad inferiores communitates non pertinent, III. 154. n. 10.
Conſuetudo facti eſt & probanda. I. 45. n. 3.
juri communi contraria ſtricti juris & non extendenda, ibid. 4.
civitatis non extenditur ad loca & perſonas exemptas, II. 30.
tantum habet de potentia, quantum reperitur de uſu. ibid. n. 6.
ex uſu æſtimanda II. 272. n. 5.
arctans maritum ad dandum fidejuſſorem eſt invalida, II. 367. n. 7.
abrogat legem, VII. 150. n. 1.
recentior ita attendenda, ut ſemper noviſſimorum potior ratio habeatur, ibid. n. 2.
quæ ſit irrationabilis, II. 387.
quomodo legaliter probanda, IV. 3. n. 7.
non probatur ſolo Magiſtratus loci atteſtato, IV. 2.
non alleganda tantum, ſed ſpeciatim in iis terminis, in quibus adducitur probanda, VII. 254. n. 13.
refundendi probat debitum & obligat impoſterum III. 64. n. 1. 2.
inſtar legis & præprimis conſideranda, III. 7. n. 1. V. III. 2.
ut uxor pro marito teneatur & viceverſa valida eſt, II. 206. n. 7. 8.
efficere poteſt ut forenſes collectentur, II. 372. n. 15.
jus facit & legi æquiparatur, II. 377. n. 5.
præſumitur juſta, II. 378. n. 6.
non vincit legem aut rationem, ibid. n. 3. V. III. n. 4.
derogat juri communi, VII. 3. n. 1. 2.
juri communi contraria non præſumitur, II. 377. n. 1.
de una ſpecie ad aliam non extendenda, VII. 73.
tribuit jurisdictionem, VI. 128. n. 4.
ut pro iis quæ pro uſu neceſſario vehuntur portorium ſolvatur valida eſt, VII. 120. n. 2. 3.
irrationabilis non attendenda, IX. 60.
parentes à legitima excludens habetur pro irrationabili, IX. 161.
Conſuetudinis notoriæ effectus eſt ut juxta eam procedatur, II. 377. n. 6.
ſuper Conſuetudine litigioſa & dubia nihil ſtatui debet, ibid. n. 7.
de Conſuetudine, quæ allegatur, judex ex officio inquirere poteſt pro abbrevianda lite, II. 377. num. 4. 5.
Conſuetudinem judex ſequi debet etiamſi à jure & ratione communi aliena. I. 144. n. 15. 17. niſi manifeſte

sit irrationabilis, II. 378.
ad Consuetudinem juri communi contrariam requiritur demonstratio quod rationabilis sit, & adhuc ut justam causam habeat, VII. 141. n. 5.
contra Consuetudinem ne quid fiat, judex providere debet, II. 75. n. 5.
Consueta fieri quomodo facta præsumantur, II. 346. n. 3.
in judiciis præprimis attendenda, I. 193 n. 6.
faciens extra culpam est, IV. 23. n. 6.
in Consuetis non oportet sequi regulam juris, I. 144. n. 17.
Consules & Senatores Decurionibus æquiparantur, II. 36. n. 3.
in iis, quæ civitatis nomine agunt, delinquentes, se ipsos non civitatem obligant, III. 374.
ut administratores plenam non vero eandem ad obligandum & alienandum potestatem habent, II. 36. n. 4.
Contentio inter personas publicas noxia est & vitanda, I. 224. n. 7. 8.
Continentia causæ, justam suppeditat avocandi causam, II. 135.
dividi non debet, V. 125. n. 5. I. 70. n. 2. 234. n. 7.
facit ut judex in principali competens in quasi causa incidente competens habeatur, III. 90. n. 2.
requirit ne judicium dividatur, ibid. n. 3.
oritur ex connexitate & unde hæc censetur, ibid.
ex accessorio, quæ sit, V. 355.
Continentiæ causæ quando renunciari potest, II. 250. n. 9.
Continentiam allegans probare tenetur, II. 135. n. 7.
Continentiam causæ qua incidentia non facit eadem res sola sed idem judicium, III. 90.
dividens non est audiendus, III. 150. n. 5.
Continuatio litis est prioris approbatio, II. 32. n. 30.
Contrahentes nunquam reipublicæ oneribus aliquid detrahere voluisse præsumuntur, III. 180. n. 2.
Contractus quatenus forum faciat, I. 239.
ex causa illius non fit remissio, ibid. n. 2.
magis ex substantialibus quam nomine censetur, II. 191. n. 5.
ex causa finali judicatur, II. 191. n. 4. VII. 48. n. 1. 2. 3.
talis censetur, qualis ex contrahentium verbis apparet, III. 288.
sunt facti, I. 160. n. 1.
ex conventione legem accipiunt, II. 90. n. 1. vel ex more regionis, n. 2.
cum eo censetur iniri cujus gratia contrahuntur, II. 95. n. 7.
tot diversi censentur, quot sunt res quæ in conventionem veniunt, VII. 204. n. 1.
pro parte non potest valere & pro parte rescindi, VII. 60. n. 5.
ex voluntate contrahentium legem accipiunt, II. 55. n. 1.
ex verbis judicantur, VII. 221. n. 6.
ob minimam rem, vel summam, vel causam non rescinditur, II. 34. n. 4.

non

non mutatur ex casu subsecuto, sed tantum præstatio pro eo, ut quisque casus est obnoxius, V. 54.
ante conclusionem perfectus dici nequit, VII. 203. n. 12.
Contrahens alieno nomine non potest suo convenire, nisi in subsidium, II. 311. n. 5.
Contractus non constituitur irritus ob id quod instrumentum ratione unius articuli controversi non subscriptum est, nisi à tractatu plane recessum, VI. 178.
emptionis & non locationis quando præsumitur, VII. 221.
non fit irritus si ab altera parte præstandum non præstatur, VIII. 173. n. 1. 2.
accessorius æstimatur ex principali, VIII. 353. n. 1.
Contractus continuatio potius quam novatio præsumitur, V. 360. n. 4.
rescissione facta omnia in pristinum statum sunt restituenda ab utraque parte, III. 192.
officii ratione gestus ad contrahentem non pertinet nisi istius causa, II. 312. n. 6.
à quo receditur perinde habetur ac si non esset initus, VII. 153. n. 2.
in Contractibus licet quis non possit conveniri, nisi ibi inveniatur, executio tamen in bona ibi sita fieri potest, V. 395. n. 2.
nominatis an agere liceat ad rescindendum, V. 279.
loci cujusq; ubi ineuntur consuetudo est observanda, I. 163. n. 6.
consensualibus ob non præstitum quod debetur non est ad mutandum contractum sed ad adimplendum actio, nec sufficit ad rescissionem non adimpleti debiti prætextus, nisi absit in quo substantia contractus consistat, VII. 115. n. 4. 5.
innominatis non implementi exceptio quatenus recte objicitur, VIII. 316. n. 7. 8. 9.
magis veritas quam scriptura inspici debet, VII. 178 n. 4.
bonæ fidei insunt quæ in provincia sunt consuetudines, II. 381. n. 2.
Contractus usurarii quæ pœna, VIII. 185. n. 1. 2.
in Contractus non impleti exceptione haud admittuntur de quibus an & quomodo debeantur, judicio contenditur, VIII. 168.
Contractui non satisfeciisse alium arguens, ipse se ei satisfeciisse probet, IV. 332.
tamdiu standum, donec ab eo liberatio aut mutatio docetur, II. 33. n. 1. 2.
in Contractibus circa damna & alia semper inspicitur quod dictum vel conventum, I. 196. n. 3.
Contractum qui allegat, perfectionem ejus probet, IV. 333.
non perfectum quæ arguunt, IV. 334.
esse perfectum non præsumitur, ubi ex eo aliquid perficiendum superest, VII, 203. n. 4. 5.
ei Contractum putatur, cui potuit acquiri, III. 3. n. 10.

Contractuum nominatorum & innominatorum quæ differentia, VIII. 319. n. 1.
à Contractu perfecto alteri non licet recedere, I. 54. n. 3.
si ei alter non satisfecit, quando liceat decedere, V. 20.
cum receditur mutuo consensu utri que parti pristina jura restituuntur, I. 126. n. 3.
utrinque restituenda sunt quæ data vel facta sunt. I. 127. n. 2.
non licet recedere inde quod alter in scriptura aliquid adjecit, de quo non conventum, VIII. 343. n. 1. lim. n. 2.
ex Contractu vitioso & nullo non transfertur possessio, V. 394.
quem quis non servat aliquid retinere nequit, I. 126. n. 3.
in Germania tenetur in eadem qui bona ut civis loci possidet, etsi alibi domicilium habet, VII. 48.
plurium civitatum ut unius corporis non tenentur singulæ, VI. 111. n. 1.
Contractuum revocatio odiosa est & fidei inimica, I. 171. n. 9.
Contradictio non justificata nihil operatur, II. 205 n. 2.
Contradictor legitimus quis sit, ib. n. 5.
Contraria in uno subjecto subsistere non possunt, I. 40. n. 4.
à Contrario argumentum validum est cum ex lege sumitur, I. 52. n. 3.
Contraveniens actui ex eo non potest juvari, I. 58. n. 7.
Contribuendi pristinum modum non mutant bona ad alium transeuntia nec successoris immunitate potiuntur, IV. 106.
Contributionum causa potior est quovis canone colonario, IV. 163.
non habetur ratio in æstimatione rei, VI. 158.
in Contributionum causis quando ordinarius processus obtineat, V. 187.
quando appellari possit, I. 149.
appellatio non habet effectum suspensivum sed devolutivum, I. 149. n. 18. & 21.
ex Contributionibus belli tempore impositis & non solutis contractum debitum an facta pace peti possit, II. 24. n. 2.
Contributiones indebitæ per vim extortæ in dubio præsumuntur V. 70. n. 6.
Controversiæ status perversi exceptio in secunda instantia litis finitæ est, V. 69.
Controversum aliquid esse, vel non esse, paria sunt, III. 20. n. 3.
quod controvertitur, seponitur ac si non sit, donec evincitur, VI. 378. n. 2.
Contumaciter absens habetur pro præsente, II. 270. n. 4.
Contumacia ut diversiformis, ita diversimodè coërcetur, II. 327.
major est ejus, qui non comparet, quam ejus, qui comparens non recte respondet vel facit, ibidemn. 11.
purgari potest usque ad sententiam, I. 134. n. 5.

acto-

actoris sufficit ad circumducendam citationem, II. 67. n. 5.
iterata gravius plectenda, II. 327.
vel negligentia advocati vel procuratoris, vel mandatarii principalem non facit contumacem, ut appellare non possit. V. 180.
nulla alia probatione facta in causis arduis sufficiens ad condemnandum non habetur, IX. 29. n. 11.
non facit ut quis jus quod habet amittat, V. 192.
non excusatur nisi ex eo quod est justum, II. 270. n. 8.
anterior purgata non attenditur si pars iterum fiat contumax, IV. 407.
major est semel comparentis quam ejus qui nunquam venit, VII. 389. n. 3. 4.
juramento purgari potest, V. 5. 8.
non excusabilis facit litigantem cadere jure suo, nec impetrat restitutionem, V. 5.
personalem citationem non facit justam, VI. 19.
delictum est, ideo non præsumitur, VI. 64. n. 1.
pastoris Ecclesiæ in civili causa non suspensione ab officio, sed immissione in bona ejus coercenda, VII. 320.
ab appellatione non excludit, si non ob eam juste proceditur, VIII. 427.
non nisi accusata nocet, VIII. 170. n. 4. 5.
Contumaciæ pœna non ferit secure venire non valentem, III. 282.
ordinaria est refusio damni & expensarum, II. 327. n. 8.
non est amissio causæ sed tantum sumptuum refusio, II. 265. n. 11.
accusatio non sufficit, ut ulterius procedatur, sed etiam petitio requiritur, III. 390. nec pœna licet lege constituta, infligi potest, nisi petatur. ibid.
pœna non est amissio causæ & omnis juris sed id etiam contra absentem reddi debet, V. 192. n. 1.
pœna non alia est in prima quam secunda instantia, VII. 389.
pœna duplex est, ordinaria & extraordinaria, VI. 19. n. 5.
accusatione non est opus in causa criminali, ubi illa est notoria, VIII. 357.
in Contumaciam non respondentis articuli pro confessatis sunt habendi & quo cum effectu, IX. 29.
in Contumaciam non proceditur nisi insinuatio decreti facta doceatur, III. 266.
qua Contumaciæ pœnas nihil interest inter subditos & peregrinos, III. 117. n. 4.
ob Contumaciam procuratoris non ultra procedi potest contra dominum, quam quo pertingit mandatum, & quomodo super iis, quæ extra hæc sunt, procedendum, VII. 320.
ob Contumaciam solam nemo causa cadit, IV. 181. n. 2.
à Contumacia levis causa excusat, II. 327. n. 6.

n. 6. & fatua modo sit probabilis, VII. à n. 4. III. 160. n. 1.
non excusat negligentia vel imperitia crassa, nec frivola causa, VII. 304. n. 10.
non excusat frivola in integrum restitutionis imploratio' nec sistit lapsum termini præfixi, VIII. 165.
Contumaciam facit non sola non comparitio sed quæ conjuncta est cum contemptu judicis & modo de hoc censendum, VIII. 289. n. 1.
accusare nequit qui ipse non venit, ib. n. 5.
